



A 231  
3

00. d-

Hist:  
III C. 2.

Quarto. 12. 521.

~~III 4<sup>th</sup> T 12 2~~

T. VI, 880.



Hoc in Volumine Leguntur

1. Philosophia respecta et invita ad Ecol: 2 p 8.

1. De his gentium tabularibus ex antiquitate
2. Arma Saculare de Spiritu S. ex Moplo publicatum
3. De falso Scripturae Sacræ
4. De Die nostri gratiam in Cœciviam transmutantibus ad Iude 4.
5. De conclusione a mortuorum resurrectione ad resuscitatum Christum valide dicitur. xlii. 13. 6
6. De traxi fidei conjugis exceplo ad obit: 2 p 14.
7. Fidelium Mopacky obit ad Ebr: VI p 18. 19. 20.
8. De Pauli e carne Pauli extracto ad Cor XII p 4. 7. 11.
9. Deus gratiosissimus
10. Cactus fluminum ad Es: LVII p 6.
11. De reliis tabernaculi ab ipso templo
12. Conuentatio philologica ad 1 Reg: xix p 4.
13. De fatis et mortuorum onus, facie, capillorum ad Deut: xxii p 5.
14. De locum eundem Diff: II. de Speculo.
15. De nosus opiniones doctorum quorundam
16. De anno Tobie regnum disciplinarum Hebreworum usq; Lev: XXV.
17. De quadriga Disputationum thesi. de arbore vite a Clemensio
18. De uro alborum calcolorum apud veteres ad Apost: II p 11.
19. Dissertationum Anti-Harduinianarum biga.
20. Humanitatis Philosophiae ad mortuorum Dei naturalem
21. De animabus tis mortuorum inter coelos conorans in prima Separatione
22. De Nostra et Vaticinio ejus
23. Phariseos a protolaphista non Baptizatos
24. De justificatione coram omnibus
25. Dissertation epistolica ad Marc: XI p 10.
26. In T. S. Trinitas ex ratione demonstrari qual?
27. Datas meletematum philologicorum
28. De subtilis preparatum attrahentibus ad 1 Cor: III p 18.

23. Quod Christus in coena sua occupabat eum usque ad hanc non comedebit.  
X 24. De grecorum proverbio nec certe haec quae ad hoc. Spt. Cap 14.  
25. Deas observationum philologicarum et litterarum

Greca	Arabica
Phoenicea	Norica
Chaldeica	Cethropica
Syriaca	Armenea
Tamariana	Coptica.

26. De feruoluminis auris  
27. De Theraphim ad Noricam 37 4.5.  
28. Discours sur l'accroissement de la philosophie par la revelation.

\* feilt

h  
DEO AUXILIANTE,  
RECTORE MAGNIFICO  
AC  
SENATU ACADEMICO AM-  
PLISSIMO  
JUBENTE,

**FIDELIUM**  
**ΠΑΡΑΚΔΗΣΙΝ**

*EX EBR. VI, 18. 19. 20.*

**PRO LOCO**  
**PROFESSIONIS IN THEOLOGIA**  
**ORDINARIO**  
RITE OBTINENDO,  
PLACIDO ERUDITORUM CONFLICTUI

SUBJICIT  
*PRAESES*

**JOHANNES BEHM,**

S. THEOL. DOCT. ET PROF. PUBL. GRAEC. LINGV. ORDIN.  
CONSIST. SAMB. CONSIL. BIBLIOTHEC. REGIUS,

*RESPONDENTE*  
**M. JOHANNE WILHELMO MILO,**  
DOMNAV. BORUSS.

IN AUDITORIO MAXIMO  
A. MDCCXXXV. D. XX. JULII.  
HORIS ANTE MERID. VIII - XI. ET POMERID. II - VI.

---

REGIOMONTI, LITTERIS REUSNERIANIS.

PATRIAEC PATRI  
AUGUSTISSIMO, SERENISSIMO AC POTENTISSIMO,  
PRINCIPI AC DOMINO,  
DOMINO  
**FRIIDERICO,**  
BORUSSIAE REGI,  
MARCHIONI BRANDENBURGICO,  
S. R. I. ARCHI-CAMERARIO ET ELECTORI,  
SUPREMO SILESIAE DUCI,  
PRINCIPI SUPREMO ARAUSIONensi, NOVI CASTRI ET VA-  
LENGIAE, NEC NON COMITATUS GLACENSIS,  
GELDRIAe, MAGDEBURGI, CLIVIAE, JULIAE, MONTIUM, STET-  
TINI, POMERANORUM, CASSUBIÓRUM, VANDALORUM  
ET MEGAPOLIS, UT ET CROSNAE DUCI,  
BURGGRABIO NORIMBERGENSI,  
PRINCIPI HALBERSTADII, MINDAE, CAMINI, VANDALIAE,  
SVERINI, RACEBURGI, FRISIAE ORIENTALIS ET MEURSAE,  
COMITI HOHENZOLLERIAE, RUPINI, MARCAE, RAVENSBER-  
GAE, HOHENSTEINII, TECKLENBURGI, SVERINI, LIN-  
GAF, BURAE ET LEERDAMI,  
DYNASTAE RAVENSTEINII, ROSTOCHII, STARGARDIAE,  
LAUENBURGI, BUTOVIAE, ARLAIAE AC BREDAE.  
ETC. ETC. ETC.

REGI AC DOMINO SUO LONGE CLEMENTISSIMO,

inauguralem hanc munieris clementissime fibi  
demandata disputationem summa cum  
reverentia omnisque regiae prosperitatis  
voto grata mente consecrat

JOHANNES BEHM, D.



**A**cc inessibilitis illa eorum, qui Christo melioris spei restitutori vera fide adhaerent, prae infidelibus ut & hypocritis est felicitas quod cum isti sint sine Christo alienati a Republica Israelis & hospites testamentorum promissionis spem non habentes, quin sine DEO in mundo, Eph 11, 12.

hi sicut Christum vere non attinent, nec ipse eos ut suos agnoscit Matth. VII, 23. Apoc. III, 14. 15. 16. ita neque partorum per Christianum beneficiorum, quae non nisi fide viva apprehendantur ac applicantur participes sunt, proindeque eorum spes, quam mente conceperat gerunt, inanis ac fallax sit, Spes hypocritae peribit. *Eius confidientia exscindetur, & sicut tela aranearum fiducia eius.* Job VIII, 13. 14. Fideles et contrario iustificati et fide ac pacem habentes cum DEO per Dominum nostrum Jesum Christum, per eundem non modo liberum habeant accessum in fide ad gratiam illam, in qua subsistunt, verum praeterea etiam gloriorentur in speculacis DEI, neque hacc eorum spes confundat, *quia charitas DEI diffusa est in cordibus nostris per Spiritum S datum nobis Rom V, 1. 2. 5.* Com mendat hanc felicitatem vere magnam idem Apostolus Ebraeis suis dum ita ad eos scribit: Ινα διεύ δύν πραγμάτων αἴσταθέτων, ἐν ᾧς ἀδύνατον Ψύνουσας θεὸν ἰσχυρὰν παρουσίην ἔχουσεν οἱ καταφυγόντες κατῆποτε τὴν προνεμένης ἑλπίδος. Ην ὡς ἀγνοεῖν ἔχουσεν τῆς Ψυχῆς αὐθαλῆ τε καὶ βεβαιάτα, καὶ εἰσεχομένην εἰς τὸ εσωτεροῦ τε καταπέποντας. Σπουδόμος υπὲρ ημῶν ἐποήθεν Ἰησοῦς, κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκιν σύχεσεν γενόμενος ἐις τὸν αὐλαῖα. Ut per duas res immobiles, in quibus impossibile mentiri Deum, fortēm consolacionem habeamus confugientes obtinere propositam spem. Quam sicut anchorām habemus animae tutamque ac firmam, & ingredientem ad interiorū velaminis. Ibi praecursor pro nobis introivit Jesus, secundum ordinem Melchisedec pontifex factus in aeternum. Ebr, VI, 18, 19. 20.

## §. II.

In antecedentibus Apostolus Ebraeos seriohortatus fuerat, ut unusquisque eorum de quibus meliora quacvis sperabat, uti ha-  
ctenus,

A

Etenus, ita & in posterum in opere fidei ac charitatis perseveraret ad finem usque. Quia quidem adhortatione ipsi etiam tunc temporis maxime opus habebant, tum quod variis persecutionibus hinc inde ob professionem nominis Christi adfligerentur, tum in ipso eorum externo coetu nonnulli deprehenderentur, qui a veritate Evangelica ante agnita inque mente approbata iterum defecissent, tum ipsi magnam testarentur pigritiam ac negligentiam ad audiendum meditandumque verbum DEI, inque eo proposita beneficia eximia per Christum Summum nostrum Pontificem parta. Ne igitur reliqui vel persecutionum gravitate, vel turpi illa ac Christianismo revera adversa segnitie ad similem abnegationem seu ipsum inducerentur, utique eorum animi contra haec omnia probe munendi erant. Facit id Apostolus & blande & efficaciter. Blande quidem, dum meliora se de iis sperare afferit, eos ~~ayatnr̄c~~ dilectos vocat, non modo quod eiusdem secum essent sanguinis ac sui fratres, ut sanctius eos compellat, verum maxime quod essent *domestici fiduci* Gal. VI, 10. pro quorum salute DEum precaretur, dum item se id ab iis impense desiderare, fraterneque petere ait. Etenim potuissent facile ista quae Paulus modo de impensis Apostatis eorumque sceleratis factis, nec non insequente iustissima vindicta divina dixerat, Ebraeos in magnam tristitiam conjicere, aut bilem etiam erga Apostolum movere. Ostendit igitur Paulus ista a se prolata eos tantum ferire, qui veram fidem non habent, sed externam tantum, hypocriticam ac temporalem. De vere credentibus multo meliora sperare, talia neimpe *quaes saluti iuncta sunt*: participes scilicet eos fore omnium gratiarum DEI in praesenti regno gratiae, in futuro regno gloriae autem coelestis ac aeternae beatitudinis, eo quod iustus sit DEUS, qui boni operis eorum ac laboris charitatis quam hactenus sanctis exhibuerant, non obliviscatur, quin potius pro more suo gratiore remuneratur si, cum promissis suis ster, modo ipsi etiam in concepto laudabili opere fidei ac charitatis ad finem usque perseverarent, aut si forte nonnulli inter eos remissiores ac negligentes essent facti, ad pristinum prius studium zelo divino redirent. Hanc voti sui esse summam, id peramantur ac blande se ab iis petete. Efficaciter autem, dum fraternali huic admonitioni gravissima subnectit argumentum.

gumenta. Initio proponit iis exempla Sanctorum; qui in fide ac patientia perseverantes reportarunt promissionem v. 12. interque ea Abrahami potissimum, non modo quod ipse Pater esset omnium credentium Rom. IV, 11. verum etiam quia magna eius apud Judaeos erat auctoritas, quippe qui multum de eo gloriari consueverant, quod Abraham esset eorum pater Joh. VIII, 39. Solent vero homines promptius ac maiori, cum alacritate virorum illustrium imitari exempla, amant liberi parentum vestigia premere. Deinde adducit promissionum divinarum omnimodam certitudinem, cum iure iurando DEI comprobatae sint v. 13, 14. & quidem iuramento tali, quod DEus per semetipsum praefixit, cum maiorem non haberet. Quodsi itaque hominum iuramentum per maiorem se i. e. per DEum omniscium, qui intimos cordis recessus novit, & utrum vere an false quis iuret, certo agnoscit, omnipotentem, qui per iurii impietatem punire possit, iustum item, qui vindictam iustissimam de periuriis sumpturas sit, praestitum fidem apud homines facit ac lites terminat v. 16. quanto magis DEI iuramentum, per se ipsum, qui necessarium habet existentiam & ens summe perfectum est, iurantis fidem merebitur? Certe quam parum DEus cessabit esse, quin in aeternum idem semper futurus est; tam parum etiam promissiones eius tam gravi iuramento obsignatae verae esse desinent. Quia vero obiicere hic quis potuisset: quid opus fuit hoc divino iuramento, cum vel viro honesto ac integrae famae ultra credamus, DEus autem αὐθεντής sit Tit. I, 2. Dubio tali nunc Apostolus occurrit, scribens: DEum eo ipso abundantius, immo plenissime immutabilitatem consilii sui haeredibus promissionis demonstrare voluisse, ut adeo quilibet etiam infirmus de facta promissionis impletione plenissime certus esse possit v. 17. Imo factum id esse iwa δια δός περίγματων αἷμα αθέτων εἰς αδύνατον ψένσασθαι Θεὸν ιοχεράν παράκλησιν ἔχοντι οἱ καταφυγόντες κρατήσοις τῆς προκειμένης ἐλπίδος. Sicque finem ostendit quare DEus αὐθεντής non modo promittat, verum praeterea etiam ex superabundanti propter nos id quod promisit, sollemni iuramento confirmet.

## §. III.

Possunt vero ea quae Apostolus de hac fidelium ἡχεῖ παραχθήσονται

A 2

καὶ οὗτοι

4

κλήσει tradit, ad sequentia generalia capita referri, ut I. sistat πα-  
ραγόντεως illus immotum fundamentum. II. Naturam eius expo-  
nat. III. ostendat eos qui eandem revera possident.

## S. IV.

Fundamentum immotum παραγόντεως huius sunt duae res  
immobiles ac immutabiles, ἵνα διὰ δύο πραγμάτων αἱταθέτων, ἐν  
οἷς αἰδίνωσιν φένταθα Θεὸν, ιχνεύσαι παραγόντος ἔχονταν. Menta-  
tionem hic facit Apostolus δύο πραγμάτων, duarum rerum actu exi-  
stentium ac superlitudinē, intelligens per eas ex una parte *promissio-*  
*nem* divinam, ex altera vero *tūrāmentū* divinum, quippe quarum  
paulo ante disertam fecerat mentionem. Nec revera dissentunt  
qui per priorem rem consilium DEI eiusque clarissimam declaratio-  
nem (\*) vel verbum DEI (\*\*) intelligent; quandoquidem pro-  
missiones divinae non modo fundantur in consilio divino, verum  
etiam hoc ipsum DEI consilium in promissionibus illis gratiosis fi-  
delibus factis revelatur, inque verbo Evangelii solis quasi radiis scri-  
ptum legitur Eph. III, 5 - 12. Dicuntur πράγματα αἱταθέτα,  
res immutabiles, seu tales res quae nulla ratione transponi aut per-  
verti possunt, quae infectae reddi non possunt, quibusve sua sem-  
per inest immota certitudo. Sunt autem αἱταθέτα tum in se,  
tum in relatione ad homines quorum gratia factae, quodsi specten-  
tur. Sunt tales in se & quidem initio *promissio* divina. Etenim  
venit illa a DEO immutabili, cuius essentia cum sit prout immuta-  
bilis & actiones eius tales esse necesse est Mal. III, 6. Ps. CII, 28.  
Jac. 1, 17. Facta ea est secundum consilium ac propositum suum,  
quod pariter immotum ac certum Ps. XXXIII, 11. Esa. XLVI, 10.  
Dirigitur a divina veritate, qua ipse in verbis & factis veracissi-  
mus est, arque hinc tam parum femei promissa revocare aut mutare  
potest, quam parum verax esse unquam definire potest. Non est  
DEus quasi homo ut mentitur: nec filius hominis, ut poeniteat eum.  
Dixit ergo Ε non faciet? loquens est, Ε non implebit? Num.  
XXIII, 19. Sam. XV, 29. Imo rectum est verbum Domini Ε o-  
mnia opera eius in veritate. Ps XXXIII, 4. Custodit veritatem in  
secula Ps. CXLVI, 6. Immutabile porro divinum *tūrāmentū*.  
Cum enim & illud non minus ac promissio a DEO veracissimo ac  
sanctissi-

5

sanctissimo profectum sit, qui in nullo verbo unquam fallit; qui  
temere aut falso iurantes severe punit Ps. V, 7. cum praeterea per  
semetipsum i. e. per immutabilem, perfectissimam ac sanctissimam es-  
sentiam suam iurarit DEus; cum denique nostram *ιχνευτα προσδικησην*  
pro fine habeat, quis amplius de immutabilitate huius iuramenti  
dubitaret? Certe aut hanc confiteri oportet, aut DEI veracitas, san-  
ctitas, immutabilitas, ac perfectio neganda, immo DEus hypocriteos  
accusandus erit, aliud ore prae se ferens, aliud intus in corde ge-  
rens. Hoc autem cum vel de DEO cogitare blasphemum, istud  
contra concedendum erit. Valet de iuramentis divinis in genere  
quod David e divina θεοπνευστα de iuramento patris filio suo praef-  
rito inquit: *Juravit Dominus & non poenitentebit eum.* Ps. CX, 4.  
Sed & immutabiles sunt res haec quodsi ad homines referantur quo-  
rum gratia factae. Sicut enim horum fides istis nil addit, ita nec  
incredulitas quidquam detrahit. Evidem haud raro fieri solet ut  
homines consilium divinum de salute sua aspernentur, ut quandam  
Pharisaci Luc. VII, 30. ut promissionibus divinis omnibus numeris  
firmissimis fidem denegent, ut nec DEO iuranti credant: ast eo  
ipso promissionum divinarum iuramento confirmatarum certitudini  
nil prouersus detrahitur, cum vel viri honesti ac probi verbis sua con-  
fiterentur, quicquid hic vel iste de iis sentiat. Quid enim si non  
crederent quidam, num illorum incredulitas fidem DEI iniuritem red-  
det? Ne fiat. Esto autem DEus verax, omnis autem homo mendax,  
sic ut scriptum est: ut iustificeris in sermonibus suis & vincas in iudi-  
cari te. Rom. III, 3. 4. Si non credimus ille fidelis permanet; ne-  
gare seipsum non potest. 2. Tim. II, 13. Auctoritate proinde sunt  
*νεγαγυετα* ista & quidem numero duo, ut tanto maior nostra con-  
victio sit.

(\*) Ita haec interpretantur Jac. Capellus apud Polum in Synopsi Critic,  
ad h. l. Joh. d' Otrein Comment, ad h. l.

(\*\*) Hunnius ad h. l.

### S. V.

Ulterius quod dictum fuerat Apostolus confirmat, addens:  
*ἐν ᾧ διδύνεται ψεύσασθαι Θεόν.* Dum ait ἐν ᾧ Hebraismum sub-  
esse certe ESTIUS (\*) quem recte mutat Interpres Vulgatus

A 3

trans-

transferens : quibus impossibile est mentiri DEum , ut sensus sit, DE-  
 um nec simplici promissione nec iuramento mentiri ac fallere posse.  
 Verum non opus erit ebraismum praeter necessitatem fingere. Sed  
 nec necesse praepositionem *in* capere pro *per*. Quantumvis enim  
 id quandoque fieri non negetur ; commode tamen communissima  
 illa praepositionis huius significatio, qua idem notat quod *in h. l. ser-*  
*vari* potest, cum & sensus planus sit & commodus ; videlicet DE-  
 um nec in promissionibus suis, nec in iuramento etiam mentiri.  
 Verbum *ψευστας* in Scriptura nota mentiri , aliter loqui quam  
 mens nostra cogitat aut compertum habemus, falsa proferre. Matth.  
 V, 11. Coll. III, 9. saepiusque *τοι* dicere veritatem opponitur Rom.  
 IX, 1. I. Tim. II, 7. I. Joh. I, 6. Jac. III, 14. Cumque mendaci-  
 um tale haud raro cum alterius deceptione coniunctum esse soleat,  
 inde interdum etiam idem quod alterum fallere, fraudare Act, V,  
 3. 4. Quacunque iam ratione illud capias, nullo modo DEO tri-  
 bui potest. Nec falsa DEus loquitur, alia corde gerens , alia ore  
 proferens: nec quemquam fallere vult. Imo *αδιύρασης* θεον . Non eo quidem sensu quod perquam difficulter id fieri pos-  
 sit, quo sensu interdum vox *αδιύρασης* venit Matth XIX, 26. Marc.  
 X, 27. Rom. XV, 1. sed quod penitus impossibile id sit. Est autem  
 impossibilitas illa non e parte DEI, sed e parte rei, nec ob defectum  
 potentiae , sed ob perfectionem omnipotentiae ut bene notat SAM,  
 SZATTMAR NEMETHUS. (\*\*) Non est e parte DEI, quippe  
 cui nil impossibile Jer. XXXII, 17, 27. Luc. I, 37. Verum e  
 parte rei cum mentiri res mala seu peccatum sit , quod autem in  
 DEum sanctissimum non cadit. Nec est ob defectum potentiae ,  
 quae infinita est, sed ob summam perfectionem omnipotentiae suae.  
 Propterea quaedam non potest DEUS , quia est omnipotens , scribit  
 AUGUSTINUS. (†) Sic contradictria facere non potest, quia  
 id everteret eius omnipotentiam. Si vellet, ut bis duo non essent  
 quatuor everteret propriam voluntatem, ut nempe non existerent  
 quatuor, quae tamen voluit volendo bis duo. Non neganda ergo  
 omnipotentia, quia non potest ea quae hanc suam omnipotentiam  
 tollunt. Evincit hanc impossibilitatem omnimodam asserta §. praec.  
 necessaria ac immutabilis DEI essentia. Si fieri ergo posset  
 ut aliquando mentiretur DEus, fieri eo ipso etiam potest ut de-  
 sincret

7

fineret esse DEus, ut desinceret esse immutabilis. Absurda haec esse quis non videt? Mentiri posse magna est imperfectio, DEO ergo enti perfectissimo, non competet. Quin distinguitur per hoc DEus ab hominibus tum impiis, qui uti e patre diabolo sunt, ac desideria patris sibi facere desiderant, hic autem in veritate non stetit, quia non est veritas in eo, cum loquitur mendacium ex propriis loquitur, quia mendax est & pater eius Joh. VIII, 44. ita ipsi quoque diligunt vanitatem ac quaerunt mendacium Ps. IV, 3. tum piis etiam, qui quantumvis lingvam suam cobibeant a malo, ac labia sua ne loquuntur dolum Ps. XXXIV, 14. haud raro tamen per infirmitatem humanaam, aut inanimadvententiam se in promissis suis infideles demonstrant, sive mendaces inveniuntur. Omnis homo mendax scribit Psalmista Ps. CXVI, 11. Hinc Apostolus: γνέω δὲ θεός αλλα θης, τὰς δὲ ἀρχὰς τὸν ψεύσας Rom. III, 4. Dicitur ob hanc causam DEus alibi ΖΩΝ ΖΩΝ DEus veritatis seu verax. Esa. LXV, 16. ελπιζως θεός 1. Joh. V, 20. αἰσθάνθη, qui mentiri aut fallere nescire Tit. I, 2. οὐ θεός Φῶτος εἰ, καὶ σκοτία ἐν αὐτῷ εἰν φέρεται 1. Joh. I, 5. ubi pro more linguae graecae duplex negatio vehementissime negat, q. d. nil quidquam tenebrarum, & sic nec mendacium in hanc classem utique referendum, in eo est; posterius membrum autem emphaseos gratia additur, ut sensus sit: DEus lux est tam pura, tam verax, ut nil quidquam tenebrarum, nil profus mendacii in eo deprehendatur. Imo in abstracto οὐ αληθεῖα Joh. XIV, 6. audit. Ostendendum vero nunc etiam erit impossibilitatem illam mentiendi, quae in DEO est per essentiam, praeterea & in promissionibus eius & superaddito illis juramento stricte tenendam esse. Impossibile itaque est DEum mentiri in promissionibus suis. His enim quodsi ullum subesset mendacium ac deceptio, vel inde id fieret, quod de se DEO potentia implendi id quod promisit, vel quod mutarit voluntatem suam, id iam nolendo quod ante voluerat; vel quod aliud promiserit quam revera facere intenderit; vel quod non satis clare aut ambigue locutus fuerit. Ast neutrum dici potest. Non primum, quia id pugnat cum eius omnipotentia, iuxta quam superabundanter facere potest quae petimus aut mente concipimus, secundum virtuem illam efficacem in nobis, Eph. III, 20. Non alterum quia

## 8

quia semper sibi constans ab immutabilis eius essentia. Non tertium, quia id foret DEum hypocritam facere, eiusque essentiale sanctitatem negare. Nec quartum etiam, & potuit enim DEUS clare loqui, cum sit ipsa sapientia, & voluit ita loqui, quia bonus, & actu etiam locutus est, quandoquidem eius promissiones in Scriptura solis quasi radiis scriptae leguntur. Quibus observatis & ambiguitas illa, qua in errorem quis facile deduci potest, concidit. Nullum ergo mendacium, nulla deceptio cum insit promissionibus divinis, impossibile etiam erit DEum in promissionibus suis fallere, quin sunt illae  $\tau\delta\vartheta\alpha\tau\eta\tau\delta\vartheta\alpha\tau\eta$  2. Cor. I, 20. Impossibile porro DEum in iuramento fallere. Nam praefat illud per se ipsa, cum maiorem se non habeat, ut ante dixerat Apostolus. Tam parum ergo in illo mentiri potest, quam parum se ipsum ac necessariam suam existentiam abnegare potest 2. Tim. II, 13. abnegaret autem revera, si iuramento tali subfasset falsum. Accedit quod DEus in iuramento suo perfectiones suas essentiales, sanctitatem, veracitatem, iustitiam quasi oppignoret, hominibusque potestatem concedat, quodsi secus locutus fuerit ac res ipsa est, eas omnes negare. Imo si in simplici verbo fallere nescit, multo minus in tam gravi iuramento fallet.

(\*) Comment. ad h. I.      (\*\*) Comment. ad h. I. p. 245.  
 (†) de Civit. Dei Lib. V. c. 10. Tom. V. Oper. col. 300.

## S. VI.

Error proinde haud levis est, quando nonnulli tum antiquorum Pontificiorum ac Scholasticorum, tum recentiorum Cartesiano-rum defendere voluere, DEum fallere posse si velit. Ex illis GREGORIUM ARIMINENSEM, PETRUM ALIACENSEM, GABRIELEM adducit WILH. MOMMA (\*) DOMINICUM BANNES (\*\*) insuper citans. Videantur etiam quos adduxere MELCH. LEYDEKER (\*\*) & ABRAH. CALOVIUS (†) Ex his autem sequentes audiamus, & quidem initio CARTESIUM ipsum, dum (††) ita scribit: *Agnosco fieri non posse ut ille (DEus) unquam me fallat; In omni enim fallacia vel deceptione aliquid imperfectionis reperitur: Quamvis posse fallere nonnullum videatur potestiae argumentum.* Iterum (†††) Nolim tamen reprehendere illos, qui

qui concedunt DEum per Prophetas verbale aliquod mendacium (qualia sunt illa medicorum, quibus aegrotos decipiunt ut ipsos carent, b. e. in quo desit omnis malitia deceptionis) proferre posse. Sequatur LUDOV. WOLZOGIUS (†\*) Sufficit, inquit, DEum dixisse, ut sciamus eum fallere nolle. Dico nolle eum fallere, ut ne credatis non posse si velit. Cum enim omnis qui alterum fallere aggreditur eo censetur in ista re quodammodo superior esse & vel acutumine quodam ingenii vel potentia, aliae quacunque facultate praestare, sitque DEI ratio sapientia tum potentia caeteraque omnia attributa infinita, quis non videt creaturas etiam perfectissimas, quia sunt semper finitas, eoque quod creature, ab infinito creatore posse in errorem induci. Wolzogium defendit PETR. ALLINGA. (†\*†) Verum (1) quid id aliud quam clarissimis Pauli verbis, quibus prorsus impossibile esse ait, ut DEus mentiatur aut fallat, indeque & promissiones divinas & iuramentum eius omnibus numeris esse firmissima ac immutabilia, manifeste contradicere. Certe cum impossibile sit DEum mentiri & fallere, pariter & isticud impossibile, DEum velle mentiri & fallere. (2) Ipsa ratio dicitur phrasin istam, DEum posse fallere, nou minorem absurditatem involvere quam si dixeris, DEum ab essentiali sua perfectione, veritate ac sanctitate recedere posse si velit. Nam dura fallit a perfectione hac, veritate ac sanctitate recedit. (3) Agnoscit Cartesius fieri non posse, ut DEus nos fallat, propterea quod in omni fallacia vel deceptione aliquid imperfectionis reperiatur: Confitetur item Wolzogius, DEum dixisse, se fallere nolle, temerarium ergo dicere velle, DEum fallere posse si velit. Imo nec vult, quia dixit se nolle, nec potest, quia fallere & decipere imperfectionis. (4) Non servat haec propositio, quoctunque etiam modo emolliatur, formam sanorum verborum a Paulo praescriptam 2. Tim. I, 13. ac circa hunc articulum expressam, tum in nostro loco, tum 2. Tim. II, 13. Tit. I, 2. Frustra praetenditur I. posse fallere esse nonnullum potentiae ac sapientiae argumentum, quibus alter alteri superior est. Nam qui ab infinito creatore cuius ut essentia sic & potentia ac sapientia infinita & perfecta, tale quid vel cogitare poterimus, cum posse fallere argumentum potentiae & sapientiae imperfectae tantum sit. Non est potentia perfectissima quae potest in

timidum

B

erro-

## TO

errorem abducere: perfectior enim multo; quae id praestare non potest. Sic nec sapientia perfectissima dici potest, quae potest fallere, eo quod perfectionis sit quae non potest fallere. Imo quam parum fallere seu deceptio perfectio appellari potest, tam parum etiam posse fallere argumentum perfectionis erit. Vanum, cum II. excipiunt: esse mendacium hoc saltem mendacium verbale, sine malitia deceptionis, quale medicorum in curatione aegrotorum. Etenim 1. nullum pro�tus mendacium in DEum cadere in praecedentibus evictum fuit, adeoque nec verbale ei tribui debet. 2. & verbale mendacium pugnat cum DEI immutabilitate, veracitate ac sanctitate, quia & in illo aliud quid DEus loquitur quam quod corde gerit. 3. Non malitiosa tantum, verum in universum omnis deceptio a DEO abest, cum & minima non sit sine vitio. Instant III: DEum fallere posse si velit, esse saltem propositionem conditionalem, quae nil ponit in esse, imo ipsam illam conditionem esse impossibilem. Resp. 1. Si hoc vere sentiunt, quare non a propositione illa penitus abstinent, cum nil dicat, quin praeterea scandali plena sit? 2. Non decet nos propositiones conditionales fingere DEO indignas ac Scripturae Sacrae adveretas.

(\*) in praelect. theolog. Loc. de DEO p. 107, (\*\*\*) in 2. Thom. qv. 1. art. 3. (\*\*\*\*) in face verit. Loc. III. controversial. 14. p. 163. & seqv. (†) System. LL. theolog. Tom. II. c. XI. p. 571. (††) Medicitat. 4. p. 25. (†††) Respons. ad Obiect. secund. p. 76. (†††) de Interpret. Script. §. 24. (†††) Contra WITZIUM quidem in modesta defensione p. 34. & seqv. contra van Mastricht autem in Erotem. illustr. Decad. IX. Erotem. 8. p. 288. & seqv.

## S. VII.

Errant autem ex altera parte & illi graviter, qui exinde quod impossibile sit DEum mentiri, omnipotentiam divinam infringere conantur. Ita iam olim PLINIUS (\*) DEum omnipotentem esse ex eo negavit, quia mori & fallere non potest. Quam puerilem argutiam tantae eruditio[n]is virum urgere merito miratur LUDOV. VIVES (\*\*) Miror ait, Plinium hominem & ingenio & eruditione tantum sic contra omnipotentiam DEI cavillari. Nam 1. utrumque de DEO dicit Scriptura & quod omnipotens sit, & quod fallere seu mentiri

mentiri non possit; utrumque ergo verum erit, nec alterum alteri  
opponi poterit. 2. Mentiri non potentiae sed impotentiae est.  
Quamvis enim posse mentiri, quoad externum vocum sonum, quan-  
dam notare videatur potentiam in eo, qui istud dicitur posse, quoad  
rem ipsam tamen non potentiam sed impotentiam potius significat,  
quia notat passivam potentiam, quae cum sit defectus quidam ac  
privatio boni, imperfectio adeoque impotentia est. Non posse er-  
go mentiri tantum abest ut omnipotentiam infringat, ut potius  
fortius prober, cum sit maxima perfectio ac potentia. Potestas DEI  
non minuitur cum dicitur mori fallique non posse. Sic enim hoc non  
potest, ut potius si posset, minoris esset utique potestatis. Replete quip-  
pe omnipotens dicitur, quia tamen mori, fallique non potest. Dicitur enim  
omnipotens faciendo quod vult, non patiendo quod non vult, quod si  
ei accideret nequaquam omnipotens esset, unde propterea quaedam  
non potest, quia est omnipotens, inquit AUGUSTINUS (\*\*\*\*) ac  
alibi (†) Magna illius verbi (Christi) potentia est, non posse mentiri,  
quia non potest esse illius est & non, sed est est, non non. Egregia  
etiam sunt sequentia: (††) DEus omnipotens est: & cum sit omni-  
potens mori non potest, falli non potest, mentiri non potest, & quod  
ait Apostolus, negare se ipsum non potest. Quam multa non potest,  
& omnipotens est. Et ideo omnipotens est, quia ista non potest: nam  
si mori posset, non esset omnipotens, si mentiri, si falli, si fallere,  
si inique agere, non esset omnipotens, quia si hoc in eo esset, non fuis-  
set dignus qui esset omnipotens. Nec sequitur; possibile id est creatu-  
rae rationali, ergo & DEO. Etenim quod mentiri possunt homi-  
nes, id non potentiae, sed impotentiae est, non perfectionis, sed de-  
fectus; in DEum autem nec impotentia, nec defectus cadit. Nulla  
proinde ab hominibus ad DEum hic necepi poterit consequentia.  
Quia cum ne angelis bonis quidem id possibile sit, quippe qui per-  
sistentes in concreta sibi veritate in eadem ita confirmari sunt, ut  
nunquam vel a vero aberrare vel mentiri possant, & non minus cre-  
aturae rationales sunt, multo minus DEO, enti perfectissimo ac  
veritati ipsi, possibile erit. Imo nonne Paulus in eo, circa quem  
occupat lumen loco adiutorio esse ait Φέρας τοῦ Θεοῦ; Pulchra sunt  
illa ALCUNI (†††) Omnipotens dicitur, eo quod omnia potest. Et

quare dicitur omnipotens, cum omnia non possit? mentiri non potest,  
quia immutabilis est. Sed sciendum, quia quicquid illum decet potest.

(\*) Lib. II, Nat. Hist. c. 7. (\*\*) Comment. in August., Lib. V. de Civ.  
Dei c. 10. (\*\*\*) de Civit. Dei Lib. V. c. 10. Tom. V. Oper. col. 300.  
(†) de Trinit. Lib. XV. c. 15. Tom. III. Oper. col. 499. (††) Lib.  
de Symb. ad Catechum. Lib. I. c. 1. Tom. IX. Oper. col. 1094.  
(†††) de divin. Offic. c. 41. Part. II. Oper. col. 1124.

### S. VIII.

Sed revertimur ad Apostolum, & exposito sic fundamento,  
istud quod eidem innitur iustramus, ac est ἡ χρήσις παρεγάλητος.  
Quid in Scriptura παρεγάλητος nomine veniat, adeo ignotum non  
est, videlicet & consolatio, Luc. II, 25. Act. IX, 31. Rom. XV, 4.  
2. Cor. I, 3. & exhortatio Rom. XII, 8. 1. Cor. XIV, 3. 2. Cor.  
VIII, 4. Hic autem quo sensu capi debeat auctores dissentunt, &  
quidem tum antiquiores tum recentiores, aliis pro illo, aliis pro hoc  
significatu militantibus, aliis utrumque conjungentibus. Neutra  
sententia inconveniens. Verum est e promissionibus divinis iura-  
mento confirmatis nos validani habere posse consolationem, cum con-  
stantia ac fidelitas viri honesti ac integrae famae, si aliquid nobis  
promiserit, certissimos nos esse iubeat de bono promiso certo obti-  
nendo, unde maxima accedit menti nostrae quiete & tranquillitas,  
adeoque efficacissima consolatio. Verum praeterea & hoc easdem  
has promissiones DEI immutabilis ac veracis efficacissima esse incita-  
menta ac stimulos acutissimos nos incitantes, ut cum alacritate ac  
constantia id faciamus quod a nobis requiritur. Verum etiam Apo-  
stolum hic & efficacem illam Christianorum consolationem commen-  
dare & eos quoque officii sui iuxta admonere. Seu ergo illam seu  
hanc sententiam elegeris, seu utramque coniunxeris, non aberra-  
bis a vero. Ast neutra ex hisce suppeditatis expositionibus placet  
celebri illi ac felici Scripturae interpreti, SEB. SCHMIDIO, qui(\*)  
aliam proinde substituit. Quid est ἡ χρήσις παρεγάλητος hæc, inquit,  
nisi fides? Evidem παρεγάλητος dupliciter accipi potest, active & pas-  
sive: active est id quod nos consolatur, i.e. verbum & iuramentum ip-  
sum, quae hic intelligi non possunt, cum sint illa ipsa duo immutabilia  
per quæ consolationem habere debemus, itaque passive hic accipi debet,

ut

ut sit id quod consolatio ista in nobis efficit, b. e. fides vel fiduci robur & perseverantia. Sed & fides nostra simul active est consolatio, si quidem & haec nixa verbo & iuramento DEI nos solatur. Jam equidem non nego in efficaci tali παραπλήσιαι & fidem iunctam esse, quandoquidem homo fidelis gratiosas DEI promissiones in verbo oblatas agnoscit, assentum firmum iis praebet, cum & immutabilis DEI & iuramento praeterea confirmatae sint promissiones, eas fiducialiter & in individuo sibi applicat ac maxima cordis confidentia in iis tutus reclinat. Interim inde nondum sequitur, ergo etiam παραπλήσιαι illa nil nisi fides. Sit ita de παραπλήσιαι passime sumpta hic esse sermonem. Annon ergo divinae promissiones eiusque iuramentum conscientias nostras efficaciter consolari, veramque cordis quietem efficere non possunt? Imo eo illae directae sunt Esa. XL, 1. 2. Rom. XV, 4. Et ubi tandem in Scriptura fides παραπλήσιαι appellatur? Est itaque παραπλήσιαι haec tum vera animae tranquillitas, qua ipsa divinis promissionibus confidens & incommoda seculi aequo animo sustinet & bona promissa certo sperat: tum salutaris excitatio ad res magnas gerendas aut tolerandas. Adiectum ab Apostolo epitheton ἰσχυρά, quod est ex ἰσχὺς, robur, vires, potentia, notat rem praeponentem, efficacem, penetrantem ac de armatis Matth. XII, 19 vento Matth. XIV, 30. tonitru Apoc. XIX, 6. clamore Hebr. V, 7. adhibetur. Saepius tamen etiam idem quod validum ac firmum, in quo praescidium collocari potest, ut ἰσχυραι Οὐλαντοὶ & χωρίοις ἰσχυρὸν apud Xenoph. Opponitur τῷ δοθεέντε, quod est infirmum ac invalidum 1. Cor. I, 25. 27. IV, 10. Utراque significatio pro diversa acceptione vocis παραπλήσιως servari poterit. Est vero epitheton hoc partim exegeticum, partim diacriticum. Vocat παραπλήσιαι hanc ἰσχυρὰ, tum quod in se firma ac valida, cum firmissimo innitur fundamento, promissionibus divinis firmissimis iuramento confirmatis; tum quod corda nostra obsfirmet, inque iis praeponentem suam exserat efficaciam Ps. XCIV, 19. Sed & talis recte dicitur ad distinctionem vel a vana consolatione, quam mundani suppeditare solent, & infirma, inanis, haud raro etiam ingrata est Job. XXI, 34. XVI, 2. vel ab infirmiori illa, qualis esse solet in fidelibus, tempore gravissimarum tentationum, cum vix ullam aut

admodum tenuem consolationem in se sentiunt *Esa. XXXVIII, 17.*  
*Sap. XVII, 13.* Vulgata in superlativo gradu accipit, dum fortissimam vertit. Non male, cum talis in se revera etiam sit, nec inservium in Scriptura positivum pro superlativo ponit. ἵνα έχουσιν hanc παράγοντα fideles in se ipsis habere debere Paulus ait, ἵνα έχουσιν, scilicet ipsum includens in communi loquitur, quia & sibi & omnibus multum intererat eandem firmiter in corde servare, quia omnium causa divinae illae promissiones factae ac confirmatae fuerant, quia unumquemque decebat indefessum ac constantem fieri imitatorem illorum, qui per fidem & longanimitatem haereditarunt promissiones, ut antea monuerat. ἵνα έχουσιν scribit, ut intelligerent se & hoc bonum animae spirituale, ut reliqua omnia non ex se suisque viribus naturalibus, sed unice a DEO habere largitore munificentissimo, quique atque ait se ipsum illud effecturum promisisset. *Esa. LI, 12. LXVI, 13.* unde Θεός πάντων παραγόντος ὁ παραπλέων ἡμῶν ἐπὶ πάσῃ τῇ Θλίψει ἡμῶν *2. Cor. 1, 4. 5.* dicitur. Seriam etiam esse hanc eius voluntatem, ut haberent, quia hinc ipsum in finem & promiserit & promissa iuramento firmarit, ut sic per duas has res immutabiles eandem consequerentur: modo ipsi propria sua vel resistenter vel negligenter non facerent ut non haberent. Unum adhuc circa haec ostendendum nobis erit, quomodo nemp̄ Ebraici ac cum illis fideles quinque & duabus illis rebus, promissione ac iuramento divino, παραγόντα istam hauriri potuerint. Poterant autem haurire seu DEum ipsius, seu deo ista πράγματα respicerent, DEum si respicerent, noverant eundem esse DEum immutabilem, veracissimum & sanctissimum, qui tam parum in suis decretis, promissionibus aut iuramento per se ipsum praestito mutatur aut fallit, quam essentiam suam mutare vel suam veritatem & sanctitatem abnegare potest. Talis ergo cum promittit & quidem sine omni ambiguitate verbis planis & perspicuis: cum porro promittit cum ipsum in finem, ut firmam consolationem habeamus, ecquis non intus in corde suo efficacissimam persensceret consolationem cum Davide inquiens: *אָתָּה יְהוָה וְכֹל־הָרֶבֶת כִּי־תַּחֲזִקְנִי* Et nunc Domine Deus, *וְכֹל־הָרֶבֶת כִּי־תַּחֲזִקְנִי* *2. Sam. VII, 28.* Ad deo πράγματα oculos si deflesterent, erant illa austerità inmutabilia, in quibus simpliciter impossibile

DEum

DEum mentiri ac fallere posse. Immutabiles ac fallere nesciae erant divinae promissiones & tale etiam iuramentum divinum. Ordinata erant a DEO ad consolationem tales producendas, adeoque in se & efficacissima & sufficientissima media. Non poterant igitur non in quacunque gravissima licet calamitate invicissimam inde capere consolationem, quod ipse DEus largitor omnium bonorum tot ac tanta iis promisisset bona, quod iuxta iure iurando ea confirmasset, qui est ipsa veritas, idque quod semel promisit fidelissime servat. Haec illa firma consolatio, quam fideles omnium temporum habuerent. Dabis veritatem Jacob, misericordiam Abraham, quae iurasti patribus nostris a diebus antiquis Mich. VII, 20. quam cum contemplatur TERTULLIANUS (\*\*) exclamat: O beatos nos quorum causa DEus iurat! O miserrimos, si nec iuravit Domino credimus! Quod igitur DEus tantopere commendat, quod etiam humano more sub dieratione testatur, summa utique gravitate & aggredi & custodiare debemus; ut in asseveratione divinae gratiae permanentes in fructu quoque eius & emolumento proinde perseverare possimus. Pariter HIERONYMUS (\*\*\*) Idcirco iurat DEus, ut si non credimus DEO promittenti, credamus salem pro salute nostra turanti.

(\*) Comment. ad h. I. p. 647. (\*\*) Lib de Poenit. c. IV. Tom. II. p. 166;

(\*\*\*) Epist. XLVI. c. 2. Tom. I. Oper. p. 224.

### S. IX.

Illi quibus tantum bonum obtinetur sunt iuxta Apostolum εἰς καταφυγούντες κρατήσας τῆς προκειμένης ἐλπίδος. Paulo ante eos vocaverat κλησονόμως τῆς ἐπαγγελίας, haeredes promissionis, respiciendo ad testamentum DEI, nunc ab effectu eos describit, & sic sunt tales qui promissionibus divinis omnibus numeris certissimis excitati ad apprehendendam propositam spem configunt. Verbum καταφεύγει bis tantum in N. T. legitur, videlicet praesenti in loco ac Act. XIV, 6. notatque idem quod aliquo configi, idque non sine magna emphasi, circa quam tamen exprimendam Commentatores in diversas abeunt partes. BEZA (\*) metaphoram desumptam esse censet a ludis gymnasticis, iis puta in quibus cursu decertatum tuit, ut adeo καταφεύγει accipiatur pro curvōbus regēs, cursum corripere.

celeriter currere. Vereor autem an haec h. l. intenderit Paulus. Re-  
ctius CAMERON (\*\*) observans καταφύγειν hoc respondere E-  
braeorum ήδον quod per sperare, confidere verti solet, ac καταφυ-  
γεῖν idem quod ήδον perfugium, monet revera splendidissimam hic  
esse metaphoram que significantissime demonstrat affectum animi  
eorum, qui in rebus adversis constituti, postquam se vident oppu-  
gnari undique & fructu circumferunt oculos, vel expectantes,  
vel requiriens humanum auxilium, ad DEum tanquam ad unicum  
refugium lese recipiunt. Similia habent NEMETHUS & BRAU-  
NIUS (\*\*\*) in specie eos comparando illis, qui apud Judeos e  
divina constitutione ad asyla, securitatis ergo configere poterant  
Num. XXXV, 12. 13. Jof. XX, 8. 9. XXI, 27. Sicut ergo hi o-  
mnem securitatem in asylis inveniebant, extra illa autem in praesen-  
tissimo periculo versabantur; ita nec Sanctos ullam securitatem inve-  
nire extra DEum in Christo IESU, quo itaque configunt non ha-  
bere, nisi DEum solum; proinde relictis omnibus plena animi fidu-  
cia ad eundem contendere, ut tutissimum nanciscantur refugium.  
Maxime cum ipse eos ad se vocet Matth. XI. 28. & ad eundem  
confugientes beati prae dicentur Ps. II, 12. Magistramen placet PHIL.  
a LIMBORCH (†) sententia, qui metaphoram ab iis, qui gravi  
tempestate iactati ad anchoram sacram configere solent, ne naufra-  
gium facientes pereant, petitam esse scribit. Id enim verbis im-  
mediate sequentibus apprime convenit. Quemadmodum igitur hi  
exorta tempestate sine mora flagrantissime cupiditate ad anchoram se  
recipiunt, in eaque tuto confidunt; ita non minori promptitudine  
intensissimo desiderio, plenaque cordis confidentia fideles ad propo-  
sitam iis a DEO anchoram sacram configunt. Ita pulchre vero  
fidei actus πραγμάτησε iunctae delineantur. Ago scit fides divinas  
promissiones, iis ut immobilibus sine hesitatione assentitur, magna-  
que cum confidentia ad DEum configuit, qui tantas fecit promis-  
siones, quique fidelissimus ac prorsus immutabilis. Configuit autem  
eo non aliter quam per Christum. Justificati enim ex fide pacem ha-  
bemus cum DEO per Dominum nostrum IESUM Christum; per quem  
& accessum habemus fide ad gratiam istam, in qua stetimus & glori-  
amur in spe gloriae DEI. Rom. V, 1. 2. Ceterum quos Paulus hic  
vocat

vocat καταφυγόντες, Petrus 2. Epist. II, 20. ut ἀποφυγόντες sint  
seu tales, qui effugerunt τὰ μίσθια τῆς κόσμου pollutiones mundi.  
Nec enim quis ad DEum eiusque promissiones confugere potest,  
nisi prius istas mundi pollutiones, quae non fecerit ac seminaria luis  
pestilentialis occulte in mundo serpuit hominesque ad vitia sua na-  
tura pronos facili negotio inficiunt, effugerit. Id alibi clare docet  
Scriptura 2. Cor. VII, 1. Joh. III, 3. Longius tamen quam par  
est progreditur hic SEB. SCHMIDUS (††) nostrum καταφυγόντες  
cum Petrino ἀποφυγόντες simpliciter idem esse opinatus, tum quod  
sibi non videatur congruere participium aoristi h. e. praeteriti tempo-  
ris; tum quod Paulus voce hac ad Abrahamum respiciat, cui pri-  
mum promissio illa iurata facta est, qui tunc fuerit καταφυγών, is  
qui effugerat e Patria Chaldaea scilicet a DEO evocatus. Simulque  
ex hoc mundo: si quorum priori noster typus, in posteriori pater  
& exemplum factus sit. Quantumvis enim duo hacc in uno eodem  
que subiecto coniuncta esse debeant, sunt tamen in se distincta, nec  
καταφύγειν idem quod ἀποφύγειν. Nec obest hic aoristi signifi-  
catio, quandoquidem ille indefinitam, haud raro etiam praelensis  
significationem habet: aut Abrahami exemplum, ille enim eo ipso  
quod e patria sua a DEO evocatus egredetur non καταφυγών, sed  
ἀποφυγών dicendum erat.

(\*) Annot, ad h. I. (\*) in Myroth. Evang. (\*\*\*) suis ad h. I. Comment.

(††) Comment, ad h. I. p. 605. (††) Comment. ad h. I. p. 649.

### S. X.

Confugunt autem ut apprehendant propositam spem, κα-  
τησις seu εἰς τὸ κατίστατο τῆς προειπέντης ἐλπίδος. Vox ἐλπίς ge-  
minam in Scriptura habet significationem, alteram propriam, quaaf-  
fectum cordis fiduciale notat, quo homo bona futura a DEO pro-  
missa patienter expectat, nec aceruaria vel multitudine vel ma-  
gnitudine frangitur, Act. XXIV, 15. Rom. V, 4. 5. alteram meto-  
nymicam, dum pro re sperata quae est obiectum spei capitur Col. I,  
5. 27. 1. Thess. II, 19. Jam non defundit ex Interpretibus, qui po-  
strem significationem hic urgent, eo quod optime eidem conve-  
niant addita praedicata, dum proposita esse ac a nobis apprehendi di-  
citur.

C

citur. Convenientior tamen alter significatus ob ea quae statim sequuntur, in quibus spes haec comparatur anchorae animae tutae ac firmae ingredienti ad interius velaminis, quae certe spei, quatenus rem sperandam notat, haudquaque convenientiunt, optime autem in spem ut fractus fidei ac virtus Christiana ante delineata est, quadrant. Obiectum spei huius nimium restringit THEOD. AKERS-LOOT (\*) saltet ut hypothesin suam semel constitutam tueatur, quando illud liberationem a Lege Mosis ceremoniali totoque cultu Levitico suisse afferit. Etenim non hoc tantum, sed alia graviora, bona coelestia ac aeterna Abraham a DEO promissa erant. Plura etiam sunt quae fideles N. T. a DEO sperant. Verius ergo vitam aeternam intellexeris, quam DEus omnibus temporibus, tam sub veteri, quam novo foedere, fidelibus clare promisit, cuius item & in hac vita iam aliquem praegustum habent gustantes donum coeleste & participes facti Spiritus Sancti, gustantes pulchrum DEI verbum virtutesque futuri seculi. Hebr. VI, 4. 5. una cum ceteris bonis a DEO promissis. cum benedixerit nos Pater Domini nostri IESU Christi in omni benedictione spirituali in coelestibus in Christo Eph. I, 3. ita ut iam magna cum fiducia accedamus ad thronum gratiae, ut accipiamus misericordiam & gratiam inveniamus in opportunum auxilium Hebr. IV, 16. Dicitur haec spes ελπίς προκειμένη spes proposita, vel obiectum suum seu rem operatam a DEO in promissionibus Evangelicis fidelium animis propositam; quemadmodum quondam apud Graecos luctatoribus aut in stadio currentibus θεατῶν seu corona; nec non palmae ad eos animandos proponi solebant; (\*\*) vel quod ab ipso DEO proposita sit instar validae columnae, quam firmiter amplecti debemus, cum DEus non minus spe quam fide utatur ad firmandas animas nostras: vel quatenus ea in promptu est, ac omnibus ad illam accessus patet, modo ipsi fe ea indignos non reddiderint. Id enim recte propositum dixeris, quod ita expositum ut longa inquisitione non indigeat. Hanc Paulus vult ρετήσαι apprehendere i. e. firmiter ac mordicus tenere, ne vel iterum elaboratur, vel ab altero vi eripiatur, quam significationem verbum hoc crebro in Scriptura habet Marc. XIV, 44. 46. Act. II, 24. Duo ergo importat, ipsum initio apprehendendi actum, deinde apprehensum boni fidelem

fidelem ac firmam retentionem. Quorum utrumque Christianis perquam necessarium. Non sufficit proposita in Evangelio bona coelestia ac aeterna agnoscere sibique applicare; sed &c astervanda sunt tanto fidelius in corde bono, quanto magis hic insidiantur hostes nostri spirituales ut eadem nobis auferant. Hinc Salvator ipse monet: quod habetis, ngez hoate studiose ac mordicus tenete, donec veniam. Apoc. II, 23. & iterum: Ecce vinio cito: ngez serva quod habes, ne quisquam eripiat coronam tuam, III, 11. Respondet huic verbo alterum επιλαυδωσθαι, quo Apostolus I. Tim. VI, 12. utitur, ac notat rem quandam manu utraque injecta magna cupiditate ac vehementia capessere, quod super eius praesentia insigniter laetemur, & quam aegerrime eandem iterum dimisuri simus.

(\*) Comment. ad h. l. (\*\*\*) Vid. Disput. mea de Agonotheticis Graecorum §. X. & seq.

### S. XI.

Progeditur nunc Apostolus ad spei huius commendationem. Commendat autem ab insigni quam adferit utilitate, hancque per comparationem cum re illis qui in praesentissimo vitas periculo versantur utilissima, imo maxime necelaria, luculenter ostendit: οὐ τοις ἔργοντος ἔχοντος τῆς ψυχῆς ἀσφαλῆ τε καὶ βεβαίαν, η̄ εἰσερχομένη εἰς τὸ ἑστάτερον τῆς καταπεπάνωτος. Evidem SEB. SCHMIDUS ad h. l. haec spei minus convenienter, convenientius vero fidei, quam Paulus antea ex sua hypothesi, consolationem vocaverat, applicari posse censet; Ast non opus est ad remotius nomen hic recurrere, cum propinquius adsit, ad quod relativum illud η̄ commode referri potest, puta ἀπόδοση seu spei vox. Spei etiam omnia illa praedicata quae Apostolus hic recenset optime convenient, ut post declarabitur. Comparat ergo Paulus Christianorum spem cum Anchore. Anchora hieroglyphicum non apud Aegyptios tantum, verum & Graecos ac Romanos plurima significabat, quae fuis exposita JO. PIERIUS (\*) Scopo Paulino autem ea significatio maxime convenient, qua tutelam ac refugium tutissimum notabat, (\*\*) petitiq; Apostolus h. l. metaphoram a navigatoribus, qui cum in procello mari navigant, naves suas anchora vel una vel pluribus firmare sieque, a naufragio tutas reddere convevere. (\*\*\*)

C 2

Nec

Nec insitatum in Sacris Litteris metaphoram a re nautica petere. Sic Ecclesia eiusque membra sub imagine navis delineantur Apoc. VIII, 9. XVIII, 17. 19. ministri ecclesiae ὄπητες vocantur 1. Cor. IV, 1. fidelibus πληροφορία seu quod plenis quasi velis acti ad portum coelestem contendant Coll. II, 2. 1. Thess. I, 5. illis autem qui pereunt fidei naufragium tribuitur 1. Tim. I, 19. Habet itaque navis, maxime quodlibet in alto mari naviget anchoram suam, quae in mare eiicitur, fundum petit, eidem infigitur, navim fissit, eamque si ventus marisque refluxus sit adversus ne retro repellatur, retinet aut exorta tempestate ne fluctibus evertatur vel allisa confringatur praecavet; Habent certe etiam fideles in spe sua talem anchoram. Quoad vivunt in vastissimo quasi oceano inter decumanos fluctus gravissimasque procellas cursum suum instituere necessum habent. Ne igitur frangantur aut penitus submergantur ad spem ut sacram anchoram (†) confugiant. Ps. LXII, 2. 3. 6. & seq. Rom. V, 5. Pulchre analogiam inter spem & anchoram exposuit GERHARDUS. (††) Quemadmodum enim anchora in profundum maris projecta navim firmat & a submersione tutam reddit, nautasque conservat, ut tandem cessante tempestate salvi in portum perveniant. Sic spes in ipsum coelum penetrans atque in Christo fixa firmat corda credentium & ab aeterno exitio eos tutos reddit ac in tempestate persecutionum conservat, ut tandem salvi in portum patriae coelestis perveniant. Sicut porro anchora navim contra fluctus; ita spes fideliū animas contra tentationes facit immobiles. Sicut anchora in medio fluctuum navim retinet, ne a vento ac fluctibus abrepta dispereat; ita spes sanctos in immenso vitaui oceanō procellosisque laborum fluctibus ita retinet, ut firmi & securi permaneant. Uti anchora antrofum & longinquo projecta navim etiam contra fluctus progredi facit; sic spes remotissima apprehendens sanctos post se trahit, ut fluctibus obvenientibus non modo fortiter resistant, verum etiam contra eos felices faciant progressus. Alia ut iam non urgeamus. Interim nec disconvenientia hic occurrens negligenda erit. Anchora terrae infigitur, spes autem ad coelestia subvolat. Navis quamdiu ab anchora retinetur in portum rendere nequit, quia impedit iacta anchora cursum; secus spes, quae

quae magis adhuc excitat, ut magna cum alacritate properemus ad portum coelestem Phil. III, 14. Τῆς ψυχῆς ἄγνογαν Paulus spem vocat, quia de animae salute potissimum sibi sermo erat, anima etiam praeprimis tentationum ac persecutionum fluctibus variis hac in vita agitatur, sive ea omnium maxime opus habet. Particulam *oī* autem quod atrinet, ea non solam similitudinem, verum ipsam etiam veritatem notat, ut alias crebro. (†††) Vere id animae est spes diuinis promissis innixa quod est anchora navis.

(\*) Hieroglyphic. Lib. XLV, c. 2, p. m. 483; seq. (\*\*) Ἅγνογα μεταξός οὐρανοῦ αἱσθαλεῖς scribit e Sophocle HESYCHIUS in Lexic. p. 13. (\*\*\*) Vid. que de anchorarum speciebus ac figuris ac veterum monumentis, nummis & marmoribus adducit JO SCHEFFER-RUS de Militia navalium Veter. Lib. II, c. 5. p. 147, seq. JO. POTTER Archaeolog. graec. Lib. III, c. 16; col. 515. LIL. GREGOR GYRALDUS de re nautica c. 12. p. 123. CAELIUS CALCAGNINUS Commentar. ad Gyraldum p. 311. (†) Inter plures illas anchoras quibus naves apud Veteres infrastructae erant una praecipua erat, reliqua mole & firmitate superetas iugis sacra dicta, que nonnulli in extremo perieulo iaciebatur, teste JUL. POLLUCE Lib. I. Onomast. c. 9, n. 4, p. 26. Ἅγνογα iugis ή χωρὶς αἰώνυμος & κεκονται. (††) Comment. ad h. l. (†††) Vide GLASSII Philolog. Sacr. Lib. III, Tract. V. can. 28. col. 1014.

### S. XII.

Addit geminas spei proprietates, quas ipsa cum anchora communes habet, ita tamen, ut iis etiam anchoram antecellarat. Prior est quod sit αἱσθαλεῖς τοις βεβαίοις. Αἱσθαλεῖς id dicitur, in quo nullum prouersus lapsus aut erroris est periculum, adeoque certissimum ac firmum. Βεβαίον autem eandem ferme cum priori habet significationem, id quod firmum, constans ac tutum notans. Sic ἐπαγγελία βεβαία promissio firma ac constans Rom. IV, 16. λόγος βεβαίος sermo firmus Hebr. II, 2. διεθνής βεβαία testamentum constans & invariabile Hebr. IX, 17. Utrumque rectissime spei tribuitur & quidem tum in se, DEum enim habet autorem, qui inde Θεὸς τῆς ἀληφῆς appellatur Rom. XV, 13: fundamento firmissimo, divinis puta promissionibus iuramento confirmatis cum πληροφορίᾳ Hebr. VI, 11. adhaeret, tuta est ac fallere nequit Rom. V, 5. tum in relatione

tione ad nos, cum tutos nos reddat ac securos adversus quasunque tempestates, quibus hac in vita iquietamur. Verum & antecellit hic spes anchoram. Contingit quandoque ut anchora navis tenere nequeat, prout videmus navim, in qua Paulus, exorta maxima tempestate ne quidem a quatuor anchoris detineri potuisse Act. XXVII, 29. Fieri item potest ut anchora disstringatur, vel ut rudentes rumpantur, vel ut fundus lubricus sit. Id vero cum accidit, navis utique tuta esse nequit, quin tempestate ac fluctibus abripitur, in petram coniicitur, naufragium patitur aliisque modis vexatur. Ast vera Christianorum spes hacc non extimescit, nulla tentationum aut persecutionum tempestate strangitur, nullis mundi pollicitationibus aut coramimationibus commovetur, quin firma semper ac immota persistit, ut tuto ei confidere possint fideles.

## S. XIII.

Rectissime hinc dubitatio illa Pontificia, qua hominem fidem etiam ac iustificatum de gratia DEI, peccatorum remissionem ac salute aeterna dubitare debere docent, refellitur. Esse autem illam Pontificiorum receptam doctrinam, patet e confessione Concilii Tridentini, cui, ut ingenue profitetur BELLARM. (\*) Catholici omnes ingenia sua atque iudicia sponte subiiciunt, quod (\*\*) quamvis concedat, necessarium esse credere, neque remitti, neque remissi: siue unquam peccata, nisi gravis divina misericordia propter Christum, mox tamen subiicit: non est afferendum, oportere eos qui vere iustificati sunt absque ulla omnino dubitatione apud semetipos statuere se esse iusticatos. Et postea: Sicut nemo pius de DEI misericordia, de Christi merito deque Sacramentorum virtute & efficacia dubitare debet: si quilibet, dum se ipsum, suamque propriam infirmitatem & indispositionem respicit, de sua gratia formidare ac timere potest, cum nullus sive valeat certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam DEI esse consecutum. Plures testes interque eos non tantum privatos Doctores, verum & integras Academias, Parisiensem ac Lovaniensem adducit BELLARMINUS l.c. GERHARDUS item (\*\*\*) Verum contrarium docet Apostolus Christianorum spem anchoram animae ἀποθανετού βεβαιav vocans, i. e. talem, quae firmissima, immobilis, certissima ac turpissima. Hoc autem ubi adeat,

dubi-

dubitatio exulat, quin homo plena cordis fiducia, non autem conjecturali tantum certitudine in promissionibus divinis recumbit. Alterum argumentum suppeditat paulo ante asserta divinarum promissionum immota firmitas ac certitudo, unde ita colligimus: Q. divinas habent promissiones de gratia DEI; peccatorum remissione ac vita eterna omnibus numeris firmissimas ac immutabiles, illi de his omnibus dubitare necesse non habent. Atqui fideles tales promissiones habent. Ergo. Maioris consequentia sui radiat luce, ex superabundante vero ex ipsa promissionum divinarum indole probatur. Sicut ergo promissionum diabolicarum proprium est quod sint incertae, ambiguæ, fallaces ac mendaces, ut testantur oraculorum responsa, imo Salvator ipse asserit Joh. VIII, 44. hominum item promissis non semper tuto stare licet; ita contra divinae promissiones hoc sibi proprium vindicant, quod sint certae, indubitate, immotæ & veraces. Tales autem ubi adsumt promissiones quid opus dubitatione? Minor supra §. IV. probata. Accedit iuramenti divini stabilitas, quodque DEum mentiri impossibile sit, iuxta §. V. Non solum enim Deus fidelibus suam promittit gratiam una cum omnibus ex hoc inexhausto fonte profluentibus bonis, sed & iuramento eas confirmat, ne ulla prorsus relinquatur dubitatio, Ezech. XXXIII, 11. Joh. V, 24. Imo finis iuramenti huius promissionibus divinis per se immutabilibus ac verissimis ex superabundante adiecti est, ut firmam habemamus consolationem. Ut ergo consilium DEI firmum, eiusque iuramentum immobile ac verissimum; ita quoque consolatio nostra inde orta, hisque rebus certissimis innixa pariter firma, certa ac immota esse debet. Vide quae §. VIII. dicta sunt. Excepit hic Estius (†) Quamvis certitudo promisorum divinorum sit intallibilis, tamen non esse unumquemque certum promissa DEI ad se pertinere, cum valde incerta nobis sit illa DEI voluntas, de qua scriptum est, cuius vult miseretur & quem vult inducat, Rom. IX, 18. Refp. 1. Nec nos unicuique promiscue, sed tantum vere in Christianum credentibus hanc certitudinem tribuimus, horum autem quilibet quam certissimus esse potest divinas promissiones & ad se in individuo pertinere. Etenim promissiones haec universales sunt, quae particulares ac singulares includunt. Certe qui gratiam suam omnibus

bus pollicetur, ille eandem & mihi & tibi & isti promittit. Habent fideles intra se Spiritus S. testimonium, qui uti συμμαχεῖν spiritui nostro quod simus filii DEI Rom. VIII, 16. ita quoque de fide nostra in Christum eo ipso testatur. Qui credit in filium DEI, habet testimonium DEI in se ipso 1. Joh. V, 10. Sentiant apud se fructus & effectus fidei, videlicet purgatur cor Act XV, 9. vincunt mundum 1. Joh. V, 4. peccata non faciunt 1. Joh. III, 9. pacem habent cum DEO Rom. V, 1. cum propria sua conscientia 1. Joh. III, 19. 20. ut ergo homo quisvis eorum, quae in animo suo geruntur quaque hac ratione percipit, sibi certo conscientis est, nec de iis dubitat, nisi Scepticum agere velit; ita etiam qui haec omnia intus in anima sua vere sentit eorum conscientis non modo, sed & longe certissimus de iis est. 2. Qui valde incerta nobis dici poterit illa DEI voluntas quae solis quasi radis in Scriptura S. scripta est Joh. III, 16. 1. Tim. II, 4. 5. 6. 2. Petr. III, 9. Quod autem 3. illa Pauli e Rom. IX, 18. attinet, non loquitur in iis de absoluto quodam & occulto DEI decreto, secundum quod absolute quorundam velit miseri-  
teri, alios autem absolute indurare: haec enim expositio contra-  
riatur universae Scripturae, quae de decreto divino salutem no-  
stram concernente, non ut absoluto, sed ordinato, non ut  
occulto sed revelato loquitur. Sed id saltē significare voluit, mi-  
sericordiam DEI gratuitam esse nulli genti adstrictam, nullis ope-  
rum meritis debitam. Justum item DEum permanere, seu ex mis-  
ericordia credentes in Christum salvet, seu iusto iudicio incredulos  
induret ac condemnaret. Non potest aliquid certum esse certitudine  
fidei, nisi aut immediate continetur in verbo DEI, aut ex verbo  
DEI per evidenter consequentiam ducatur, fides enim non est, nisi  
verbi divini autoritate nitatur. At in verbo DEI non continetur im-  
mediate particularis ista propositio, talis vel talis iustificatus est, exceptis  
paucissimis. Ergo nemo potest in particulari certus esse de iustitia,  
instat BELLARMIN. (†) Resp. 1. Peccat Bellarminus in sub-  
sumptione, unicum tantum membrum removet, cum tamen re-  
movere deberet utrumque. Dicendum erat ac probandum quoque,  
particularem vel potius singularem illam propositionem, quod hic,  
iste, ille sit iustificatus, nec immediate in verbo DEI contineri nec  
per

per legitimam consequentiam ex eo deduci posse, quod postremum autem oppido falsum. Ita enim homo fidelis concludit: DEus veracissimus promisit, iumento confirmavit ac per Sacra menta observavit se omnibus ac singulis de peccatis suis serio dolentibus & ad Christum eiusque meritum vera fide confugientibus velle peccata remittere, in gratiam eos recipere, imo benedicere in omni benedictione spirituali in coelestibus in Christo Eph. 1,3. Ego serio de peccatis meis doleo, ego plena cordis fiducia in merito Christi infinito requieisco. Ergo omnino certissimus sum, DEum & erga me talem fore. Talem collectionem ad sui ipsius convictionem firmissimam ceterisque in exemplum instituebat Paulus: *Fidelis*, inquit, sermo & omni acceptione dignus quod Christus JESUS venit in mundum peccatores servare, quorum primus sum ego. Sed propter hoc misericordiam consuetus sum, ut in me primo ostenderet JESUS Christus omnem longanimitatem ad informationem futurorum credere in illo in vitam eternam 1. Tim. 1, 15, 16. Imo 2. falsum non contineri in Scriptura immediate particulares promissiones ad individua dicas. Quid enim clarius illis Apostoli: Si TU confessus fueris ore tuo Dominum JESUM & credideris corde tuo, quod DEUS eum excaverie ex mortuis, TU salvaberis Rom. X, 9.

(\*) Lib. III. de Justific. c. 3.      (\*\*) Sess. VI. c. 9.      (\*\*\*) Loc. de Justific. §. 90. Tom. III. p. 343.      (†) Comment. ad h. l.      (††) I. c. §. 8.

#### S. XIV.

Altera speci, ut spiritialis anchorae animae, proprietas est: quod intret usque ad interiora velaminis. Sic enim pergit Apostolus: καὶ εἰσεχούμενοι εἰς τὸ ἐσώρευτον τῆς καταπέλαστρατοῦ. Anchora communis quodlibet navim tutam reddere debet, eam non in undis haerere, sed fundo pelagi dentes suos infigere necessum est, quoque altius eos ibidem infixerit, tanto magis navim securam faciet. Eodem modo cum spe comparatum, non haeret illa in fluxis ac instar undarum instabilibus mundi rebus sed penetra, non deorsum tamen sed sursum, in interiora coeli, εἰς τὸ ἐσώρευτον της καταπέλαστρατοῦ. Καταπέλαστρατη a καταπέλαστρῳ, expando, explico, item obtego, velo dicta, notant in Scriptura S. ut & apud LXX. velamina seu aulaea quondam in teatro, deinde in templo Hierosolymitano usitata,

D

quae

quae ante fores expansa erant ac interiora obtegebant sive velabane.  
 Talia in tentorio tria erant; extimum atrii, longum viginti, altum  
 quinque cubitos e quatuor columnis suspensum ex hyacintho & pur-  
 pura cocoque bis tincto ac bysso retorta, opere phrygiano Exod.  
 XXVII, 16. XXXV, 17. XXXVIII, 18. medium, portac illius parti-  
 tabernaculi, quae Sanctum dicebatur, oppanum, columnis quin-  
 que e cedris lectissimis auro obductis cum uncis aureis ac stylobatis  
 aeneis adpensem, latum altumque decem cubitos ex hyacintho &  
 purpura cocoque bis tincto ac bysso retorta opere phrygiano. Exod.  
 XXVI, 36. 37. XXXVI, 37. intimum, Sanctum a Sancto Sanctorum  
 separans factum ex eadem materia eademeque arte qua prius, exornat-  
 um Cherubinis & appensem quatuor columnis e cedris lectissimis  
 auro obductis, cum uncis aureis & stylobatis argenteis Exod. XXVI,  
 31. 32. 33. XXXVI, 35. In templo autem a Salomone exstructo  
 cum loco extimi aulaci porta fuerit, ut ex JOSEPHO (\*) disci-  
 mis, duo tantum deprehendebantur aulæa, quae idem Josephus  
 τὰ ἐσόρεγα καταπέραν πυρα vocat. (\*\*\*) Alterum quod dividebat  
 Sanctum ab atrio, alterum quod Sanctum Sanctorum a Sancto sepa-  
 rabat. Exemplar templi Salomonis imitati sunt, qui e Babylonicô  
 exilio reduces secundum templum Hierosolymis exstruxere; taliter  
 differentia occurrit, quod in primo templo Sanctum & Sanctum  
 Sanctorum muro fuerint distincta, unico tantum aulaco ad ingre-  
 sum appenso; In secundo autem templo cum ignorantem Judaei,  
 utrum murus iste pertinuerit ad Sanctum, an vero ad Sanctum San-  
 torum, ne forte errorem quandam committerent, duo conse-  
 rrant vela, unum versus Sanctum, aliud versus Sanctum Sanctorum;  
 ut adeo per duo vela e Sancto in Sanctum Sanctorum intrandum fue-  
 rit. (\*\*\*\*) In specie autem καταπέραν πυρα nomine urpluri-  
 sum interius velamen Sanctum Sanctorum a Sancto dividens veni-  
 re solebat, alterum autem exterius καλύμψα dicebatur. Testis est  
 PHILO (†) Ex iis autem h. c. ex hyacinthos, coccino, purpura, bysso  
 τὸ τε καταπέραν πυρα η τὸ λεγένδον καλύμψα paratum est. τὸ μὲν  
 τὸν, illud quidem interius, ad quatuor columnas, ut occultaretur  
 adyutum τὸ δὲ ἔξω, hoc autem exterius ad quinque, ne quis pro-  
 fanus possit introspicere sacra. Et paulo post: In confinio autem  
 quæ

quatuor & quinque columnarum, quod proprie dici potest templi vestibulum, inclusum duobus vellis, quorum interius vocatur καταπέτασμα, exterius vero appellatur κάλυψμα. Unde etiam LXX. voce illa Ebraeorum ΚΑΡΑΠΑΝΟΣ quo Moses interius velum insignit, plerumque exprimere conservere, quemadmodum alteram vocem ΚΑΡΑΠΑΝΟΣ qua Moysi exterius velum venit per ἐπίσπασον verterunt. Nullum est dubium Apostolum h. l. non ad exterius, sed interius velum digitum intendere, neque tam ad vela tabernaculi quara templi respicere, quod tunc temporis ob omnium oculos versabatur. De re Ebraicis notissima ac ἐσωτέρῳ τῷ καταπέτασματῷ loquitur: per hoc autem Sanctum Sanctorum notatur. De isto ἐσωτέρῳ τῷ καταπέτασματῷ loquitur quod Pontifex summus semel in anno ad expiandum populum ingrediebatur, quod utique non aliud, quam Sanctum Sanctorum. Nec ipsum tamen Sanctum Sanctorum, verum quod illo fuit praefiguratum intelligit, puta coelum beatorum Ebr. IX, 24. Ibi enim Spes Christianorum fundum iuuenit tutissimum, eo quoad vivit adipiscit fidelis Coll. III, 1. 2. Rom. V, 2. Philipp. III, 20. eo Pontifex N. T. Christus, ut statim dicetur, pro nobis ingressus est. Uri quandam in ἐσωτέρῳ τῷ καταπέτασματῷ DEus super arca foederis gratiose habitabat, aspergium autem suum velo obtento impiedebat; ita & coelum beatorum sedes eius, ubi lucem inhabitat inaccessibilem, quem vidit nullus hominum nec videre potest 1. Tim. VI, 16. sub hoc velo latent nobis a DEO praeparata bona incenarrabilia in futurum seculum asservata. Diligi: nunc nati DEI sumus, & nondum apparuit, quid erimus. Scimus autem quoniam si apparuerit, similes ei erimus: quoniam cito debimus eum sicuti est 1. Joh. III, 2. Benedictus DEus Pater Domini nostri Iesu Christi, qui secundum multam misericordiam suam regenerans nos in spem vitam per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis. In haereditatem incorruptibilem & incontaminatam & immortalem conservatam in celis in virtute DEI custoditos per fidem in salutem pararam repelari in tempore novissimo 1. Petr. 1, 3. 4. 5. Maluit vero Apostolus hic figurare quam proprie loqui, ac in ἐσωτέρῳ τῷ καταπέτασματῷ, quam coelum ipsum nominare, quia propositum sibi habebat ad aliquantisper intermissam Pontificatus Iesu descriptionem reverti, huiusque ut Pontificis intra velum ingessum

gressum pro nobis commendare. In coelum ipsum ergo anchora animae nostrae spiritualis ingreditur, ut ibi alte se figens animas nostras de promissio a DEO bono plene perlvas ac securas reddat, perinde ac si nos e terra elevatos aliquatenus in coelo praefentes fieret, bonique promissi contemplatione ac meditatione ita totos detineat, ut eius iam hac in vita quendam habeamus praegustum. Unde non modo summum cordis gaudium oritur, sed & tuta securitas, ut nulla vi, nulla tentationum tempestate, nullis vitae incommidis aut malis a DEO ac coelestibus bonis avelli possimus.

2. Timoth. I, 12.

(\*) Lib. VIII, Antiqu. Jud. c. 2.      (\*\*) Antiquit. Jud. Lib. VIII, c. a.  
 (\*\*\*) Vid. vel hisce LIGHTFOOTUS Hor. Hebr. & Talmud,  
 in Matth. XXVII, 51. JOH. LUNDII Iohannes Heilighsmer. Lib. I,  
 c. 6. p. 23. Lib. II, c. 6. p. 266, 267.      (†) de vita Mosis Lib. III,  
 p. 667. & 669.

### S. XV.

Quod Apostolus modo de τῷ ἑστωτέῳ τῷ καταπετάσματι dixerat, id iam distinctius exponit, indicans clarius non de typo seu Sancto Sanctorum templi Hierosolymitani, verum antitypo coelo ipso per illud adumbrato, sibi esse sermonem. Οὐ πάντα ait πρόδοσμον ὑπὲρ ήμῶν εἰσῆλθεν Ἰησὸς, κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέν αὐχένες γενόντες εἰς τὸν οὐρανον. Ast Christus in ipsum coelum, facta nostra redemtione, ingressus Marc. XVI, 19. Luc. XXIV, 51. Eph. I, 20. Is qui coelum ingressus dicitur est Ἰησὸς, DEus & homo in unitate personae, quanquam non secundum divinam naturam, cui nil in tempore dari potuit, cuiusque thronus coelum iam inde ab aeterno fuerat, verum humanam tantum, secundum quam ut se humiliaverat obediens factus usque ad mortem, mortem autem crucis; ita & DEus eundem superexaltaverat ac donaverat nomen super omne nomen. Phil. II, 8. 9. Is qui in mundum venerat ad salutem in Adamo amissam denuo reparandam, quod vel hoc ipsum nomen, angelo interprete, significabat: Vocabis nomen eius Ἰησὸν, ipse enim salvabile populum suum a peccatis eorum Matth. I, 21. qui ut eandem repararet, semeripsum dedit αὐτοῖς λύτρον ὑπὲρ πάντων 1. Tim. II, 6. utque tandem perficeret ac plene consummaret coelum ipsum, oblati his.

his in terris sacrificio expiatorio, ad comparendum pro nobis  
coram DEO ingressus est Hebr. IX, 24 seq. Paulus eun-  
dem hic partim ut πρόδρομος, partim ut ἀρχηγός sicut sit: Πρό-  
δρομος praecursor is dicitur qui alias precedit, viam mon-  
strat, quara sequi debent, locum item subsecuturis praeparat.  
Talis praecursor erat Johannes Baptista, qui ante Christum ve-  
niebat, hunc brevi venturam nunciabat, eique per concionem  
poenitentiae ac baptismum viam ad corda hominum parabat.  
Esa. XL, 3. 4. 5. Matth. III, 1. 2. 3. LXX voce hac pro  
ebraeo בְּכָרֶב primus fructus seu primitiae, praecox, utuntur.  
Num. XIII, 20. Esa XXVIII, 4. quem significatum & apud  
alios scriptores graecos habet. (\*) Utrumque rectissime Chri-  
sto applicatur, ipse ut a postremo initium faciam, πρωτότον  
πάσοντος κτισμών Coll. I, 15. πρωτότον εἰς τὸν υστερῶν, ἵνα γένη-  
τας εἰς πάσιν αὐτὸς πρωτεύων ὁ. 18. praefiguratus quondam in  
V. T. per primitiarum oblationem, maxime manipuli hordeae-  
cei, qui altero festivitate Paschalium die DEO offerri debebat  
Lev. XXIII, 10. 11. (\*\*). Sicut iam manipulus iste ante ipsam  
messem DEO offerebatur, oblatusque Israëlitis indubitatam  
spem faciebat, ipsam etiam messem certo secuturam; ita &  
Christus primitiae factus in sua tum resurrectione tum ascen-  
sione, ut indubitata fide idem & nobis obventurum credamus  
1. Cor. XV, 23. Verum & priori sensu rectissime πρόδρο-  
μος audit. Primus est, qui in Sanctum Sanctorum coeli in-  
travit, viameo in Adamo oculum aperuit ac monstravit, nos-  
que membra sua post se trahit Joh. XIV, 3. Modo recte id  
etiam intelligatur, videlicet dicitur Christus πρόδρομος praec-  
cursor non ratione temporis sed cautionis: propterea talis est,  
quia introitum in coelum ipse nobis fecit & aperuit, non au-  
tem quia ante omnes ac primus eo ingressus. Etenim haec est  
excellens illa meriti sui virtus & efficacia quod profuerit homi-  
nibus & tunc iam, cum actu nondum fuit praestitum. Spoi-  
sonerat ipse ut mediator DEum inter & homines, perfectis-  
simam satisfactionem in plenitudine temporis laeso ac irato  
DEO praestandam, quam cum certo futuram praevideret DE-

as, intuitu huius satisfactionis ac meriti hominibus reconciliatus fuit, atque hi illius fructus iam inde ab initio mundi facti participes. Unde non obest, iam ante Christi in coelum ingressum Enochum Gen. V, 24. Ebr. XI, 5. Eliam 2. Reg. II, 1. 11. anima & corpore aliosque in fide decedentes quod animam in coelum venisse. Eo enim quamvis ante Christum ingressi, huius tamen merito ac virtute ingressi. Praeterea nemo eorum coelum ingressus ut πρόδοξος, i. e. talis a cuius ingressu ceterorum ingressus dependet, qualiter quidem fidem in coelum ingressus ab hoc ingressu Christi dependet Joh. XIV, 2. 3. Est tandem & hacc praecursoris nostri prae reliquis praerogativa insignis, quod cum hi ut ministri tantum ac cohaeredes vi meritoque Christi praecurrerint, ipse propria dignitate ac virtute, ut supremus Dominus, dux ac caput eo intraverit. Habet Christus praecursorum suos Iohannem Baptistam & Prophetas, aque adeo omnes pios ante Christum, in fide Christi defunctos. Sed illi praecursorum erant ut apparitores, ut cohaeredes vi meritoque Christi praeurrentes ad sanctuarium coeleste, quod absque illo nec illis nec cuiquam patuerit unquam, pulchre scribit JAC. CAPELLUS. (\*\*\*)

(\*) THEOPHRAST. de caus plant Lib. V. c. 1. (\*\*) Vide hanc fusius exposita a JOH. BIERMANNO in Moysi & Christo Lib. IV. c. 2. p. 639, 640, 651, seq. (\*\*\*) in Critic. Anglic. ad li. I, Tom. VII, col. 420.

## S. XVI.

Inanem autem operam impendit BECANUS (\*) cum ex his ipsis verbis argumentum pro limbo Patriarum necesse conatur, ita colligens: *Christus dicitur intrasse coelum tanquam praecursor reliquorum.* At non fuisset praecursor reliquorum si iusti V. T. ante illum intrassent. Nam 1. ita colligit contra mentem Pauli, qui ut modo indicatum fuit Christum praecursorum vocat non ratione temporis, sed causationis, quia per ac propter illum coelum ingredimur. Hoc autem sensu cum Christus noster sit πρόδοξος, talis etiam verissime manebit, quantumvis iusti V. T. ante eundem in coelum intrarint. 2. Quemad-

Quemadmodum Christus respectu resurrectionis suae recte dicitur ἀπό τῶν οὐκονόμων I. Cor. XV, 20. etiam si iam alii ante ipsum a prophetis, imo se ipso suscitati fuerint, eo quod ipse propria virtute Joh. II, 19. X, 18. ceteri autem sua virtute resurrexerint, ipseque istorum resurrectionis causa, Quoniam per hominem mors & per hominem resurrectione mortuorum. Si ut enim in Adamo omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur. I. Cor. XV, 21, 22. Ita quoque optimo iure respectu ascensionis suae praecursor audit, non obstante, quod ante eum fidelium animas sub V. T. eo ascenderint. Nam & hic propria virtute ascendit, ut Dominus de coelo iam ante in coelis existens: Nemo ascendit in coelum, si non ille ex coelo descendens filius hominis existens in coelo Joh. III, 13. & ceteris ut ascendere possint auctor ac causa existit. Joh. XIV, 2, 3, 6. Ebr. X, 19, 20. Largiamur 3. Christum inter alias causas ideo etiam πρόσωπον appellari, quod primus ante alios, eos puta, qui e mortuis suscitati anima ac corpore in coelum eveniti sunt, locum beatorum ingressus; ex eo tamen nondum inferri potest, animas eorum qui sub V. T. in vera fide in venturum Messiam decesse, non iam ante Christi ingressum in coelum huc translatas esse. Imo 4. id est quod verbis clarissimis Scriptura passim testatur, videlicet commendatissime fideles animas suas in manus DEI redemptoris sui Pf. XXXI, 6. rediisse eas ad DEum qui dederat eas Eccles. XII, 7. in manu DEI quiescere nec tangere eas tormentum Sap. III, 1. Lazarum animam ante Christi passionem ac mortem e corporis ergastulo liberatam ab Angelis in sinum Abrahae deportatam ac coelesti consolacione refectam fuisse Luc. XVI, 22. Abramum, Isacum, Jacobum apud DEum vivere, Christus ipse ante suam mortem, resurrectionem ac ascensionem testatur Matth. XXII, 32. Haec & similia & clara in se & descriptioni limbi istius ab ipsis Pontificiis traditae adversa. Sic enim describere solent limbum hunc, quod sit receptaculum istud animatum fidelium V. T. in quo ipsae post discensem suum a corpore usque ad descentum Christi ad inferos detentae poenam digni temporalem luce

luerunt. (\*\*). Poena danni autem cum sit segregatio a beatifico DEI aspectu; isti contra ad DEum venere, cum ipso vivunt ac conversantur, certe quomodo haec conciliari possint, non video. Cum excipit Becanus: Viam ad beatitudinem sub V. T. adhuc aperiendam fuisse per mortem & satisfactionem Christi, haec eius exceptio fallae isti hypothesi, passionem ac mortem Christi non profuisse, priusquam actu Christus eandem subiit, innititur. Aliud quidem est tempus passionis & mortis Christi, aliud autem utriusque meritum. Hoc & auctossum & retrosum valet. Est Christus agnus DEI occisus ab origine mundi Apoc. XIII, 8. non tantum ratione decreti divini, promissionis ac typorum quibus adumbrata fuit mors eius cruenta, sed etiam ratione salutaris fructus & efficacie. *Iesus Christus heri & hodie, ipse etiam in secula Ebr. XIII, 8.* Quod si iam meritum Christi est unius eiusdemque virtutis & efficacie tam in V. quam in N. T. ultro sequitur, viam ad beatitudinem aeternam & sub V. T. iam patuisse, animas item piorum, vi meriti huius vera fide recepti ad eandem a DEO introductas esse. Connexionem inde probo, quia ista viae ad aeternam beatitudinem apertio, animarumque introductio salutares meriti Christi effectus sunt, quod nec Pontificii diffiteri possunt. Rectius ergo GREGOR. DE VALENTIA. (\*\*\*) *Omnes Christus similiter redimit, sive ante Christi adventum sive post vixerunt, quique aliquando futuri erant, unde Apoc XIII, 8. dicitur agnus occisus ab origine mundi.*

(\*) in Append. disp. de Purgat. Calvin, c. I. p. 43. (\*\*) BEL. LARMIN. de Purgat. Lib. II. c. 7. (\*\*\*) Tom. IV. in Thom. disp. I. qv. 19. punct. 4. §. Secundo sequitur. col. 393,

### S. XVII.

Non tantum autem ut πρόδοσμος, verum praeterea etiam ut ἀχέρευτος Christus εἰς τὸ ἐσώτερον τὸ καταπέραν μαρτυρίου ingressus esse dicitur. Pontifex summus V. T. item quotannis, decimo die mensis Tisri sollempni illo expiationis festo cum thuribulo, inde sanguine immolati iuvenci ac hirci in Sanctum Sancto-

Sanctorum ingrediebatur, eundem versus arcā foederis spargebat, ad sui ordinis sui, totiusque populi expiationem Lev. XVI, 12. 13. 14. 15. 29. 30. Utī autem in eo typus fuit Christi Pontificis summi N. T. multo praestantioris, ita & hunc, postquam lemetipum in arā crucis DEO Patri obtulisset, ὑπὲρ οὐμῶν προσφορὰν τῷ Θεῷ ταύτην, εἰς ὅσμην ἐνωδίας Eph. V, 2. sanguinemque suum expiatorium profudisset in morte, ipsum coelum ingredi, ad complendum officium suum Sacerdotale necessum erat. Christus autem adveniens Pontifex futurorum bonorum, per maius & perfectius tabernaculum non manufactum, i. e. non huius creationis. Neque per sanguinem hincorum & vitulorum, sed per proprium sanguinem introivit semel in Sancta aeternam redēptionem inveniens. Ebr. IX, 11. 12. Dicitur vero κατὰ τὸν τάξιν Μελχισέδεκα ἀρχιερεὺς γενόμενος εἰς τὸν εἰῶνα, quam brevem officii Sacerdotalis IESU descriptionem Paulus hic adiicere voluit, ut ad id a quo supra c. V, 11. digressus tuerat, explicationem scilicet Sacerdotii Christi secundum ordinem Melchisedeci tanto commodius rediret, indicatamque illam Melchisedecum inter & Christum similitudinem nunc plenius in sequentibus persequeretur. Vox τάξις hic non idem notat quod significat, cum de Aaronidis sacerdotibus est sermo; tunc enim indicat successionem personarum naturalem in stirpe Aaronis, qualis inter Sacerdotes Leviticos observanda erat; nam nisi essent γενεαλόγυτοι seu genealogiam suam inde ab Aarone iusta serie derivata demonstrare possent, ne quidem Sacerdotes constituebantur Efr. II, 62. qui significatus autem in Christum non cadit, quippe qui non e tribu Levi sed Iuda ortus est Ebr. VII, 13. 14. Sed istud κατὰ τάξιν idem quod καθ' ὄμοιότητα, secundum similitudinem, congruentiam ac analogiam typi & antitypi. Ita enim τάξιν hanc explicat Apostolus in sequentibus c. VII, 3. 15. typumque Melchisedeci cum antitypo Christo confert. Non vacat iam in sententiārum divortia circa personam Melchisedeci inquirere, dum alii eundem non personam quandam, sed solam virtutem magnam,

E ipso

ipso Christo maiorem, augustinorem ac feliciorem; ad cuius imaginem & typum Christus ipse a DEO factus fuerit: alii Spiritum S. alii Angelum: alii hominem quidem, alii *avanguardias* a DEO peculiariter creatum: alii Henochum: alii Se-mum: alii Chamum: alii ipsum Filium DEI in assumta humana forma, habitu ac specie regis & sacerdotis Abraham ob-viam venientem, fuisse volunt: (\*) Potius in analogiam quae inter eundem & Christum, inquirimus. Exponit eam Paulus in capite sequenti. Notabo sequentes tantum. (1.) Melchisedec fuit simul Rex & Sacerdos altissimi Gen. XIV, 18. Ebr. VII, 1. non minus Christus Ebr. IV, 14. Apoc. I, 5. (2.) Melchisedec erat Rex iustitiae ac pacis Ebr. VII, 2. Christus *Jebova iustitia nostra* Jer. XXIII, 6. pax nostra Eph. II, 14. 15. (3.) Melchisedec sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque vitae finem habens Ebr. VII, 3. puta respectu non commemoratae profapiae eius. Maiori iure de Christo haec dicuntur, qui uti secundum divinam naturam *απότως* Pl. II, 7. ita secundum humanam naturam *απότως* erat Luc. I, 34. 35. cuius egressus ab initio, a diebus aeternitatis Mich. V, 2. qui non secundum legem mandati car-nalis factus est, sed secundum virtutem vitae insolubilis: Ebr. VII, 16. τὸ Αὐτὸν, ἀρχὴ τέλος, ὁ κύριος, ὁ ὥν καὶ ἡν καὶ ἐγένεσθαι. Apoc. I, 8. (4.) Sacerdotium Melchisedeci diversum erat a Sacerdotio Levitico Ebr. VII, 11. Pariter & Christi, ut Paulus ibidem fuse ostendit. (5.) Melchisedec Sacerdos aeternus successione carens Ebr. VII, 11. Multo magis Christus, qui *απαγάθατον ἔχει τὴν ἴσχυτον* ib. v. 24. (\*\*) Aeternitatem Sacerdotii huius ulterius nunc explicat Paulus cum Christum vocat *ἀρχηγέα γενόμενον εἰς τὸν αὐτόν*. Atque in hoc Sacerdos N. T. iterum convenit cum Melchisedeco, qui cum nullum habuerit antecessorem, nullum item successorem, recte Sacerdos in seculum audit. Differt vero a Sacerdotibus secundum ordinem Aaronis, quorum sacerdotium erat *παρα-βατον* & quasi anabulatorium. In tantum prae*st*antioris testa-menū

menti factus est sponsor JESUS. Et illi quidem plures sunt, facti Sacerdotes, quod morte prohiberentur permanere. Hic autem quod maneat in aeternum, sempiternum habet sacerdotium. Ebr. VII, 22. 23. 24. Nec ob id tamen tantum Sacerdos eius rō ciōva audit, verum etiam, quia consummatus factus est obtemerantibus sibi omnibus causa salutis aeternae: appellatus a DEO Pontifex iuxta ordinem Melchisede Ebr. V, 9. 10. una enim oblatione consummavit in sempiternum sanctificatos, hancque unam pro peccatis hostiam offerens eius rō dñeves ēnādios ev deξia rō Θεος Ebr. X, 14. 12. Imo in hoc ipso γενόμενοι i. e. re ipsa demonstratus est Sacerdos in aeternum. Ita rectissime vox haec significatu & alias usitato h. etiam l. capitul.

- (\*) Exposuere haec fuisius MELCH. LEIDEKKERUS de Republ. Ebraeor. Lib. II. c. 2. p. 50. seqv. JOH. HEINR. HEIDEGGERUS Hist. S. Patriarch. Tom. II. Exercit. II. § 3. seqv. p. 41. seqv. JOH. BRAUNIUS Comment. ad Ebr. VII, 3. SAL. DEYLINGIUS Observat. Sacr. Part. 2. Obs. 5. p. 54. seq. JO. FRANC. BUDEUS Hist. Eccles. V. T. Period. I. Sect. 3. § 3. not. \* p. 263. seq. Conf. etiam MART. GEIERUS Comment. in Ps. CX. 4. Tom. I. Oper. col. 1736. qui plures dabit auctores,  
 (\*\*\*) Plures analogias suppeditat JOH. BIERMANNUS in Mose & Christo Lib. I. c. 3. p. 47. & seqv. WILH. MOMMA in Oeconomia temporum Lib. I. c. VII. §. 60. 75. 76.

### S. XVIII.

Turpiter his verbis abutuntur Sociniani, quando exinde excuspare conatur, Christum ante suum in coelum ingressum non fuisse veri nominis Sacerdotem. Ita diferte confitetur SOCI-NUS (\*) Dico igitur Christi oblationem qua expiata peccata nostra fuisse dicuntur non in cruce & per ipsam ibidem sanguinem sui fusionem peractam fuisse, quemadmodum vulgo existimat, sed in celo & per sui ipsius ibi coram DEO pro nobis ut sic dixerim præsentationem. CHRISTOPH. OSTORODUS postquam hanc suam propositionem: So ist nun das Hohepriesterthum Christi anders nicht, denn die Administration

oder Verwaltung seines geistlichen Reichs, so fern sie unsere Wohlahrt und Seeligkeit angehet: Welches also figurlicher Weise geheissen wird, damit anzugezeigen, daß Christus nicht allein uns helfen kan, wie ein grosser mächtiger Herr und König, sondern daß ers auch thun wolle, probasset pluribus tandem subicit. Das ist denn nun die Ursach um welcher willen Christus unser Hoherpriester genennet wird, nicht aber darumb, als wenn er sich am Stamm des Kreuses für uns geopfert hätte (wie man bisher gemeinet hat) sintelat das solche Meinung falsch sey aus dem kräftig bewehret wird, daß Christus da erst, nachdem er von den Todten auferstanden und in den Himmel gegangen der Hoherpriester worden ist. (\*\*)  
 Et quid clarius rotunda ista Confessione Catechismi Racovicensis (\*\*\* ) cum ad quaestionem: Ist Christus nicht zuvor ein Hoherpriester gewesen, ehe er in den Himmel gegangen, sonderlich aber da er gecreuzigt war? respondet: Nein. Verum id ipsum nec ex hinc Pauli verbis, nec ullo alio Scripturae loco evinci potest. Etenim 1. non dicit Apostolus, Christum tunc cum coelum ingredetur primum factum esse Sacerdotem, sed cum esset Sacerdos summus secundum ordinem Melchisedeci, aeternum gerens sacerdotium, coelum ingressum esse, ut sic in aeternum noster sit Pontifex. Nec 2. id quod volunt Sociniani Paulus dicere poterat. Nam ipse expresse confitetur, Christum per Spiritum aeternum semetipsum inculpatum DEO obtulisse Ebr. IX, 24. semel in consummatione seculorum ad abolitionem peccati per hostiam suam apparuisse v. 26. nos esse sanctificatos, dia της ωροφορας τη σωματος της Ιησου χριστου εργαζεν. Ebr. X, 10. Christum semetipsum tradidisse pro nobis ωροφοραν κη δυνατην τη θεφ, εις ουν ευδαιμονιαν Eph. V, 2. Cum itaque hostias pro peccatis offerre munus

munus esset veri Sacerdotis imprimis Pontificis summi, omnis  
 namque Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constitui-  
 tur ad DEum, ut offerat δῶρον τῷ θυτικῷ ὑπέρ εἰρήνης.  
 Ebr. V, 1. Christus autem his in terris iam victimam illam  
 DEO Patri obtulerit, firmiter inde sequitur, eum iam his in  
 terris veri nominis Sacerdotem fuisse. 3. Duo quondam a  
 Pontifice Summo V. T. pro explendo munere suo sollemni ex-  
 piationis die requirebantur, victimas expiatoriae scilicet extra  
 sanctuarium oblatio ac sanguinis victimalis in sanctuario spar-  
 sio, nec non pro populo intercessio, ita ut tunc Pontifex  
 summus officio suo plene satisfecisse dici potuerit, cum &  
 victimam expiatoriam DEO obtulisset, & in Sanctuarium ingres-  
 sus esset. Pariter Christus semetipsum his in terris, extra  
 Sanctum Sanctorum coeli, DEO Patri in victimam expiatoriam  
 obtulit, sanguinemque effudit, indeque pro complendo mu-  
 nere suo Sacerdotali ipsum Sanctuarium coeli ingressus ē.  
 Φανερῶν τῷ προσώπῳ τῷ Θεῷ ὑπὲρ ἡμῶν Ebr. IX, 24. Ta-  
 lem ordinem executionis officii Christi Sacerdotalis Paulus ipse  
 indicat. Ebr. I, 3. X, 12. Uti ergo Pontifex V. T. etiam ante  
 istum in Sanctum Sanctorum ingressum verus erat Sacerdos,  
 ita & Christus ante suum in coelum ingressum. Sed excipi-  
 unt: mortem Christi non ipsum sacrificium & oblationem;  
 sed solam praeparationem ad id fuisse; uti mactatio pecudum  
 sub V. T. nonnisi praeparatio erat ad futurum Sacrificium.  
 Resp. 1. Imo ista pecudum mactatio medium erat per quod  
 pecudes DEO consecratae eidem in altari offerebantur: ita &  
 Christus factus pro nobis a DEO αἴρεται 2. Cor. V, 21. se  
 ipsam Patri per mortem crucis in victimam obtulit Ebr. X, 10.  
 11. 12. mors proinde eius non est nuda praeparatio ad sacri-  
 ficium. 2. Inverto argumentum: Sicut sacrificia extra San-  
 ctum Sanctorum DEO offerebantur, ita & Christus extra coe-  
 lum sacrificium corporis sui DEO Patri obtulit. Instant: ne-  
 gare Paulum, Christum fore Sacerdotem, si super terram esset  
 Ebr. VIII, 4. Resp. Super terram esse hic idem quod tan-

rum in terris esse ibidemque permanere. Utique Christus non fuisset perfectus Sacerdos, quodsi coelum non fuisset ingressus; quandoquidem Scriptura monente in locis iam adductis ipse non tantum se in victimam DEO offerre debebat, sed & ut Pontifex ille futurorum bonorum per maius & perfectius tabernaculum, non manufactum, id est, non huius creationis; neque per sanguinem hircorum & vitulorum, sed per proprium suum sanguinem introire semel in Sancta, Ebr. IX, 12. nempe ut ibidem pro nobis intercederet ib. v. 24. in quo altera pars officii eius sacerdotalis consistit. Ex quo tamen non sequitur, eum antea non verum fuisse Sacerdotem.

(\*) Christian. relig. institut. p. 73. (\*\*) Institut. germ. c. XL, §. 8.  
p. 382. 384. 385. (\*\*\*) p. 319. Conf. etiam JÖH. CRELLIUS  
in Respons. ad Hug. Grotii Libr. de Satisfactione aduerso  
Faust. Socinum ad c. X. p. 538 seqv.

### S. XIX.

Sed missis Socinianorū deliriis quavis oblata occasio ne satisfactionem Christi vicariam oppugnantium, ipsum nunc huīus nostri praecursoris ac aeterni Sacerdotis ingressum intravolamē Sanctuarī. i. e. in coelum, lustramus. Describit eundem Apostolus breviter quidem, ast ita ut verbis brevissimis multa dicat, ὥτεξ ἡμῶν εἰσῆλθεν. Εἰσῆλθεν ingressus est, puta postquam se ipsum in ara crucis DEO Patri obtulisset in victimam, facta per ipsum peccatorum nostrorum purgatione Ebr. I, 3. Sic enim & Pontifex V. T. sollemni expiationis die cum sanguine victimae macatae, iuvenci ac hirci in Sanctum Sanctorum ingrediebatur Lev. XVI, 14. 15. Quanquam ob typi imperfectionem, antitypi autem sublimitatem, notabilis illa hic occurrit differentia, quod Pontifex V. T. statim post victimae immolationem sine mora in Sanctuarium ingredi debuerit; Christus contra quadragesimo post suam resurrectionem die in coelum ut Sacerdos noster ingressus sit Act. I, 3. 9. Nec tam

men aber raveris quodsi dixeris, Christum quoad animam suam ipso iam mortis die quo immolabatur Sanctuarium coeli ingressum fuisse. Non hunc tamen verum istum ingressum Paulus hic respicit de permanente & in secula durante ingressu locutus. Ingressus vero dicitur ὅτι εἰς ἡμῶν. Quo haec referenda sint quaerunt interpres. Nonnulli eorum priori voci πρόδογος iungunt, quasi dicatur, *praecursor noster*, quem ipsi mox secuturi sumus: alii ad verbum εἰσῆλθεν referunt, ut idem sit *quod pro nobis introiit*. Utroque modo quidem apte ac convenienter exponitur, posterior tamen explicatio praeponderat, cum in priori necessario aliquid subaudendum veniat, quo in posteriori opus non est. Εἰσῆλθεν ergo Sacerdos hic noster ὑπὲρ ἡμῶν. En maximam circa ingressum hunc intra velum Sacerdotis Summi N. T. prae isto Pontifice V. T. praerogativam! Hic ingrediebatur eo non tantum pro populo, verum & pro se ipso ac ordine suo, prout nec pro populo tantum, sed & proprio suo peccato victimam expiatoriam immolabat. Iste non pro te sed pro nobis unice eo ingressus, quemadmodum non pro suis sed nostris peccatis expiandis se DEO in victimam obtulit. Talem nos decebat babere Pontificem, sanctum, innocentem, impollutum, segregatum a peccatoribus & excelsorem coelis factum: qui non babebat quotidie necessitatem, quemadmodum Sacerdotes prius pro propriis peccatis hostias offerre, diinde populi. Hebr. VII, 26. 27. Praeterea Pontifex V. T. ipse quidem intra velum ingrediebatur, nec tamen efficere poterat, ut & populus per ac post eum eo ingredieretur, quin typus tantum erat illius, qui est via ad coelum Joh. XIV, 6. Christus contra suo in coelum ingressu viam nobis paravit in coelum ut iam post eum ac per ipsum ipsi DEum accedamus. Ingressus ergo huius Sacerdotis nostri magni non mere exemplaris, uti nec passio ac mors eius talis, (quicquid etiam hic oggianiant Sociniani hostes satisfactionis Christi), sed meritorius. Ingressus enim dicitur *proprio sanguine Ebr. IX, 12.* Quid autem sanguine opus fuisset, si ex emplo

emplo solo non autem satisfactionis merito ad plenam nostram reconciliationem apud DEum opus fuisset. Ingressus dicitur ὑπὲρ ἡμῶν πρὸς νόσῳ i. e. nostri causa, in bonum ac commodum nostrum. Nec tamen qualecumque commodum intelligitur, verum istud quod ἐξοχικῶς καὶ μεντορχόπως tale, quale fons Christus infinito merito suo hominibus quorum causa ac vice mortuus fuerat paravit. Est illud in specie h. 1.) efficacissima apud Patrem pro nobis intercessio per meriti sui presentationem, qua eundem movere, ut nobis propter illud propitius sit Rom. VIII, 34. Ebr. VII, 25. 1. Joh. II, 1, quemadmodum & Pontitex V. T. supplicatus pro populo intra velum ingrediebatur. Imo si id ipsum iam his in terris fecit Joh. XVII, 1. & seqv., quanto magis cum coelum ingressus εὑρανθῆναι τῷ προσώπῳ τῷ Θεῷ υπὲρ ἡμῶν; Ebr. IX, 24. 2.) Ut quam merito suo infinito nobis acquisivit salutem, sua item virtute vindicet nobis, conferat, tueatur, ac conservet. Non minus enim Salvatoris munus est partam salutem redempto applicare, tueri ac conservare, quam acquirere. Unde & corona iustitiae apud eundem ut in loco tuto reposita esse dicitur 2. Tim. IV, 8. 3.) Coeli apertio, locique ibidem pro nobis praeparatio. Ipse ut πρόδειγμα coelum ingressus nostri in illud ingressus auctor: ut δεκάτης sanguine suo proprio infiniti valoris Sacramentum hoc occupans ius eo sequendi nobis acquirit ac tribuit. Id ipse confitetur: *In domo Patri mei mansiones multae sunt. Si autem non, dixissem vobis: vadō parare locum vobis. Et si abierto, & praeparavero vobis locum, iterum venio & recipiam vos ad me ipsum, ut ubi sum ego & vos sis.* Joh. XIV, 2. 3.

## §. XX.

Reliquum est ut quomodo illa quae Apostolus modo de ingressu Christi in Sanctum Sanctorum coeli dixerat, ad specie nostrae confirmationem faciant, breviter adhuc indigitemus.

Con-

Conducunt autem ad id singula. Non potest illa spes fallere, quae ibi haeret, ubi Christus salutis nostrae petra, in quem ut credit homo fidelis, ita etiam ab eo salutem ab ipso promeritam sibique ibidem diligenter assertamat, indubitate sperat. 2 Tim. I, 12. IV, 8. Illuc ingreditur quo ingressus est Christus ut πρεδόγονος praecursor. Sicut iam praecursoris adventus indubitatum est signum, alios secuturos, ita & ingressus Christi in coelum indubitatum est argumentum quo certi redimur & nos quicunque nimur in ipsum credimus, in qua hac fide ad finem vitae usque persevereramus, eum iusto tempore secuturos esse. Praecursor est aliquorum praecursor, sicut Johannes Christi. Et non dixit solum introiit, sed ubi praecursor pro nobis introiit, utpote quod nos quoque debeamus eo pervenire. Non est enim multum interstitium inter praecursem & eos qui sequuntur. Nam alioquin non esset praecursor. Nam & praecursem & eos qui sequuntur, oportet esse in eadem via & consequi, scribit CHRYSOSTOMUS (\*). Ingressus est ut caput, nos ergo ut membra corporis sui mystici Eph. IV, 15. 16. post se trahet. Illatus ut primitiae in firmissimam spem, ipsam quoque messem secutaram. Introit ut Pontifex Summus cum proprio suo sanguine quod valorem habet infinitum ad expiandam offenditam ac acquirendum καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν διάνοιαν βέαζος δόξης, 2 Cor. IV, 17. hinc nobis ius caro acquisitum ingrediendi in coelum. Aeternum habens Pontificatum nunquam cessat Patri suam passionem, cruxem, mortem ignominiosissimam, una cum resultante inde merito infinito praefentare, pro fidelibus interpellare ac gratiam Patris expectare ut & ipsi consummentur, ibique quondam sint, ubi ipse est. Job. XVII, 24. Ingressus tandem est non sibi sed nobis i. e. in nostram utilitatem ac comodum prouersus incomparabile. Hacenes ergo Pontificem magnum penetrantem coelos Jesum Filium DEI, teneamus confessionem. Non enim habemus Pontificem non potentem compati infirmitatibus nostris; tentatum autem per omnia iuxta similitudinem absque peccato. Accedamus ergo

42

μέλα παρρησίας τῷ Θεόντι τῆς χάρει<sup>Θ</sup>, ut accipiamus misericordiam & gratiam inveniamus in opportinum auxilium. Ebr. IV, 14. 15. 16. Imo habentes fratres libertatem in introitum Sanctorum in sanguine IESU, quam initiauit nobis viam recentem & viventem per velamen, i. e. carnem suam, & Sacerdotem magnum super dominum DEI: accedamus cum veraci corde in plenitudine fidei aspersi corda a conscientia mala & ablui corpus aqua pura teneamus τὴν σωλογίαν τῆς ἐλπίδος αὐλαῖη, πιστὸς γοῦ ὁ ἐπαγγειλάμεν<sup>Θ</sup>.

Ebr. X, 19 - 23.

(\*) Homil. XI, ad h. l. Tom. VI. Oper. in N. T. col. 798.



64199

AB 64-199


ULB Halle  
001 970 631


3



TA → 2C

TD 17





h  
DEO AUXILIANTE,  
RECTORE MAGNIFICO  
AC  
SENATU ACADEMICO AM-  
PLISSIMO  
JUBENTE,  
**FIDELIUM**  
**ΠΑΡΑΚΔΗΣΙΝ**  
*EX EBR. VI, 18. 19. 20.*  
PRO LOCO  
PROFESSIONIS IN THEOLOGIA  
ORDINARIO  
RITE OBTINENDO,  
PLACIDO ERUDITORUM CONFLICTUI  
SUBJICIT  
P R A E S E S  
**JOHANNES BEHM,**  
S. THEOL. DOCT. ET PROF. PUBL. GRAEC. LINGV. ORDIN.  
CONSIST. SAMB. CONSIL. BIBLIOTHEC. REGIUS,  
RESPONDENTE  
**M. JOHANNE WILHELMO MILO,**  
DOMNAV. BORUSS.  
IN AUDITORIO MAXIMO  
A. MDCCXXXV. D. XX. JULII.  
HORIS ANTE MERID. VIII- XI. ET POMERID. II - VI.  
REGIOMONTI, LITTERIS REUSNERIANIS.